multo labore et sumptu comparatis, multum impediuit, et ad damna non mediocria prout latius Decretum castren Capitaneale Lublinen in hoc negotio in Selatum obloquij induxit. 6to Decretum Judicij castren Capitanealis Lublinen feria 2da post Dominicam Jubilate proxima Anno 1672no. ratione non concursus tam propriis impensis quam lignis ad coquendam calcem et alia necessaria pro extructu et continuanda fabrica Supradictarum Matris in Bełzyce et in Wojciechow adificandæ filiæ Ecclesiarum, vigore Superius allegatæ submissionis Judicialis per Magnificum Sæpememoratum olim Paulum Bogusłaum Orzechowski Vexilliferum Lublinen. ubi prima vice Supra descriptos Beneficiorum Collatorem quitat, non tamen effectuate qui Ipsato Magnificus Collator multoties per me et dignas Personas requisitus, non tantum aliquibus impensis concurrit, Sed et ligna et lapides pro reædificanda et continuanda Sæpe memorata Ecclesia Bełzycen de Summa per Generosum olim Felicem Szaniawski Judicem Terrestrem Lublinen. Concollatorem pro extruenda huiusmodi fabrica Ecclesiæ Bełzycensis data et per me recepta, coemptu, comparata, et ad villam Wojciechow locata, post fata Supra memorati Generosi Szaniawski Concollatoris fugatis operibus eandem Materiam præparatam in Summum Judicium Ecclesiæ Bełzycen et retardationem extruendæ Eiusdem fabricæ Usui Suo profane applicauit, et eadem Materia lapidosa pro Domo Dei comparata hortulum Suum, alias Dziardyn circumduxit, per quem Suum temerarium et illicitum progressum et Ecclesiam et Summopere injuriauit, et damnificauit latum. Item præter Siua puncta et quidem primum ad Pontem. Pontem proprio labore et peculio extruxi in via publica ad villam Krzywica dictam tendenz, quem Pontem Oppidum Bełzycen pro Sua commoditate et itinerantium (quoniam exinde certum prouentum alias Burckowe percipiunt) hac via ad Sylvas et Campos Suos tendere solent, de antiqua constitutione et praxi usitata extruere tenebantur. Et Ego eo motiuo feci et Pontem extruxi, nè damnum fundo Ecclesiastico qui huic Ponti adjacet per itinerantes et discedentem tempore lutosæ viæ et aeris intemperiæ inferatur. Secundum. Similiter Scamna pertransitoria ad villam Krzyżce dictam cum adminiculo addextruxi, propterea nè Sepimenta Plebanalia diruantz, prata conculcentur, in piscina pisces expiscentur, quæ damna ante Possessionem meæ Beneficij Bełzycen a populatitate pertranseunte perpessus Sum. Nè itaq Aula alias Haredes Suc Possessores Bełzycen prætendant. Sibi vel usurpent in futurum vel imponant in Possessores Beneficij Ecclesiastici Bełzycen obligationem extruendorum Ipsatorum Scamnorum et præcustoditum facio. 3tium Judæi Bełzycen Familiam Catholicam ad obsequia Sua contra Decretum Tribunalitium feria 3tia post Festum Præsentationis Beatæ Virginis Anno Dñi 1688 latum fouent, unde multa Scandala fiunt, et facinora perpetrantur. 4tum Dissidentes a Religione Catholica et Orthodoxa Romana Ecclesia alias Caluinistæ contra expressam mentem Supra Specificati Decreti Tribunalitij pulsu Campanæ Sui Templi credunt et conueniunt, pulsum Matris Ecclesiæ Catholicæ, quod etiam eodem Decreto Serio et rigorose Sub pœnis prohibitum, et hoc punctum volo esse notatu et observatu. 5tum. Profugas Personas Apostaticas per Suprascriptum Decretum Tribunalitium Orthodoxæ Matri Ecclesiæ adiudicatas, debent Statuere Magnifici Orzechowscy, Magnifici olim Pauli

Bogustai Orzechowski Vexilliferi Lublinen. Filij et Successores, videlicet Joannes et Thadeus, qui instio Parente Personas adiudicatas de villa Betzki Possessionis Suæ, id est Joannem Bronski et Elizabeth Nemeracka cum prole utriusq; sexus per subordinatas personas euacuarunt. 6tum Propinationes dictæ Domicilis et Fortuitæ eodem Decreto Tribunalitio interdictæ per Judeos Betzycen exercent, et alia mercimonia publicè ad vendendum exponunt, & hoc punctum uti Deuotioni Christifidelium notiuum non est negligen. 7mum Ad Foralia soluenda per commissionem certam in Monimentis meis reperibilem fundus Ecclesiasticus est adtinctus, qui fundus a tempore immemorabili Antecessorum meorum in huiusmodi obligatione non fuit, proinde vindicanda est indemnitas Ecclesiastica. 8uum Cimeterium et Pratum Plebanale iuxta pratum Prebendæ Betzycen Situm per alluuiem Nazni, et eleuationem aggeris inundatur, non sine ruina futuræ fabricæ Ecclesiasticæ Betzycen, ostium dissipatione ac cadauerum per alluuiem aquæ absorptione: cui ruinæ et per quem quàm primùm est obuiandum, ne Ecclesia tam magno conatu et sumptu manifestata pro majori Dei gloria, cultu et honore, et deuotione Christifidelium est reædificata, ob imminentem ruinam collabatur. 9num Judæi Betzycen diebus Dominicis et festis in contemptum præceptorum Ecclesiæ Catholicæ per familiam Catholicam frumenta ad coquendum liquores præparant in suis braxatoriis sicca. Arendator verò in Sico braxatorio in Ambitu Oppidi Betzycen cum præiudicio et detrimento fundi Ecclesiastici et periculo conflagrationis, tam Ecclesiæ quàm domuum Ecclesiasticarum proximè et Situatum, quod nunquàm in antecessum fuit omninò est transferendum in locum alium. Quoniam fundus Ecclesiasticus, per fluctuationem aquæ a crematis potibus ad Nazum fluens obruitur, et per huiusmodi fluxum, riuuli et trispunctum publicæ cum magno detrimento fundi Ecclesiastici effecti sunt, quod damnum per Possessorem Ecclesiastici beneficij est omnino reparandum. Quæ omnia et singula præmissa et connotata ob grauem valetudinem meam vindicare nequeam, futuro Successori vindicanda relinquo. Et ritè ac iteratione omnium omissorum et connotatorum solennissimè et ut supra manifestor. Salua huiusmodi meæ manifestationis meliorandæ additione, et omnibus beneficijs Juris semper Saluis. Albertus Stanislaus Radomski Canonicus Lublinen. Decanus Rodolien. Plebanus Betzycen. Woyciechouien. Sacræ Regiæ Majestatis Secretarius mpp. Acta sunt hæc in Residentiali Parochiali Betzycen. Anno, Die, Mense, Indictione quibus Supra. Præsentibus Venerabili Joanne Bartnicki, m. Ordin. Clerico, Directore Scholæ Thoma Ostrowski Cantore nec non alijs plurimis. Et quia Ego Locus Signi Notariatus) Albertus Carolus olim Joannis Chrowczynski Diœcesis Cracouien. sanctæ Opatouien. Parochus Urzędouien. Publicus Sacra Authoritate Apostolica Notarius, omissa manifestationi præsens interfui, omniaq; Superius Scripta fieri audiui, ideo hoc præsens Instrumentum in hanc formam redegi, Signo Notariatus mei Publici, nomine et cognomine, quibus in talibus á Sacra Sede Apostolica utor, communiui, rogatus et requisitus.

Martis Septima Mensis Maij 1697.

Constitutio Procuratoris per Adm. R. Mrozek.

Coram Officio et Actis præsentis Curiæ Sandomirien. personaliter constituto Reuerendo Michael Mrozek Ecclesiarum Parochialium S. Pauli Sandomirien. et in Drzązgow Zabinka Parochiæ Principalis omnibus melioribus, quibus melius firmius, validius, ac efficacius de Jure

forma

forma, via, stylo, potuit ac debuit modis in suos veros legitimos ac indubitatos Procuratores videlicet Illrem et Adm Reuerendum Joannem Sywert Præpositum in Dobczyce Causarum Curiæ Suæ Illrmæ Celsitudinis Instigatorem, Nobiles Joannem Dalewski, Joannem Zagowski Publicos Notarios absen tanquam præsen in solidum fecit, cum solitis ratihabitionis, releuationis, et quibusuis necessarijs clausulis facultateq unum vel plures Mandatarium vel mandatarios in locum suum cum simili vel limitata potestate substituen constituit, elegit, creauit ac solenniter ordinauit. Ad eiusdem Constituen nomine ac pro eo ipso in omnibus et singulis causis, cum quibuscunq Personis, occasione quarumuis rerum, iniuriarum et prætensionum, se suasq Ecclesias concernen tam ex actoratu, quam reatu, tam ex conuentione quam reconuentione et interuentione coram Judicio Ordinario Episcopali Cracouien agitatt et agitan mott ac mouen et verten comparen, easdemq Causas defenden instituen intentan tuen promouen Processus et terminos Judiciarios tam substantiales quam accidentales obseruan, Decreta quæuis pro parte in fauorem sui Constituen ferri peten, a Contrarijs et grauaminosis appellan, aliaq circa præmissa necessaria Juris vel facti remedia pro Causæ et termini exigentia facien dicen geren exercen procuran et exequen, quæ ipsemet Constituens, diceret, faceret, gereret, exerceret, procuraret et exequeretur, si præmissis præsens interesset, alias in forma Mandati Procuratorij Constitutiui plenissima. Præsen me Valentino Casimiro Piotrowicz Publico Sacra Authoritate Aplica et Actorum Conry Sandomirien Notario.

Veneris Decima Mensis Mai

Prouisio Juratoria Venerabilis Hankiewicz ad Ecclesiam in Charzowice per Adm Rndum Szaniawski.

Coram Officio et Actis præsen Conry Sandomirien in præsentia Illris et Adm Rndi Dni Andreæ Brolnicki Canonici et Judicis Surrogati Sandomirien personaliter constitutus Adm Rndus Andreas Szaniawski Parochus in Villa Charzowice, Principalis omnibus melioribus, quibus potuit ac debuit modis, exhibitis Literis Commissionis ex Cancellaria Illrmi et Rndmi Dni Dni Joannis de Małachowice Małachowski Dei et Aplicæ Sedis gratia Episcopi Cracouien Ducis Seueriæ de data Cracouiæ die Mercurij vigesima octaua Mensis Martij Anno nunc Curren ad Inscriben Prouisionem Juratoriam coram officio et Actis præsen emanatt, authenticis, saluis, illæsis, omniq suspicionis notâ caren palam sponte libere, ac per expressum recognouit. Quia ipse Venerabili Joanni Hankiewicz M. Ord. Clerico Diœcesis Cracouien ad Sacros majores ordines adspiranti, iam exnunc de victu et amictu competen vitæ ipsius tempora siue ad assecutionem alicuius beneficij Ecclesiæ prouidet, ipsiq vicariatum circa Ecclesiam suam Parochialem Charzouicen in vim tituli Canonici inscripsit et assignauit, ac intuitu onerum in eodem vicariatu sustinen ultra prouentus accidentales et contingen quadraginta floren Polonicales quotannis ei se solutum submisit, et insisten tam Literis Commissionis suprascriptis, quam dispositioni Processus nouissime per Officium ordinarium Cracouien desuper edictt et publicatt, quod priorem Prouisum ad dictam suam Ecclesiam vagum non habeat, nec de illo sciat, nec in eius præiudicium

praesentem Prouisionem inscribat, nec ꝓfatum Prouisum suum etiam sponte sua volentem sine scitu officij praesen. ordinarij ab antedicta Ecclesia sua Charzouicen. dimittet, Iuramentum corporale praestitit: quod verò Ipse suaq; Ecclesia Parochialis Charzouicen. prouentus ad fouen. et alen. vicarium sufficien. habeat, aliamq; domum vicarialem seorsiuam, et mansionem pro eodem vicario, relationem fidelem ex Persona sua fecit. Et in continen. personaliter constitutus memoratus venerabilis Ioannes Hankiewicz ꝓmissam Prouisionem sibi inscriptam pro rato et grato acceptauit, et quod post susceptum sacri presbiteratus ordinem munus et officium vicariale penes saepe dictam Ecclesiam Parochialem Charzouicensem fideliter et diligenter obibit, nec eandem sine scitu, et consensu loci ordinarij, nunc et pro tempore existen. deseret, iuramento corporali ad sancta Dei Euangelia in forma Iuris consueta praestito se se obstrinxit et obligauit, prout prouidet inscribit, assignat, submittit, et respectiue acceptat, obstringit et obligat, praesen. officiosa recognitione ad praemissa median. Praesen. me Valentino Casimiro Piotrowicz Aplico et Actorum Conr̃y Sandomirien. Notario.

Die Martis Decima quarta Mai.

Protestatio R.R. Wodecki et Kempski contra R.R. Kaniewski et Wodecki Mansionarios Sandomirien. Confratres suos.

Coram Officio et Actis praesen. Conr̃y Sandomirien. personaliter constituti Reuerendi Casimirus Wodecki Valentinus Kempski Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. Mansionarij Principales omnibus melioribus, quibus de Iure forma, via, stylo, potuêre debuêreq; modis, acceptâ primâ notitiâ de quadam Manifestatione per Reuerendos Thomam Kaniewski, Mathiam Wodecki eiusdem Collegiatae Mansionarios in et contra se manifestan. his coram Actis sub die Sabbathi Decima sexta mensis Februarij Anno Curren. uti mala fide cum magno suae Communitatis praeiudicio facta ac recognita, solenniter contra eosdem reprotestati sunt, et Manifestati, idq; de et super ijs. Quia Ipsi statutorum suae Communitatis iure iurando seruan. obliti, minimeq; publicum ac commune bonum damnaq; suae Communitatis respicien. quodam priuato ducti fauore ac conniuentia Manifestationem quandam, in et contra se reprotestan. ratione iustarum et realium ꝓtensionum ex parte totius Communitatis ad Reuerendum Paulum Bielak Praecentorem habitu in foro competen. iure agere volen. officiose interponere, totamq; Communitatem nullas praetensiones, ad eundem Reuerendum Paulum Bielak habere, quinimo praetensiones, si quae extabant esse sopitas et mortificatas falso recognoscere ausi sunt et praesumpserunt. Quare suprascripti reprotestan. sentien. eiusmodi Manifestationem suae Communitati praeiudiciosam fore, praecauendo cuiuis indemnitati Iurium suae Ecclesiae iterum, atque iterum reprotestantur, et manifestantur, omni meliori modo saluos. Actum Praesente Me Valentino Casimiro Piotrowicz Publico Sacra Authoritatate Apostolicâ et Actorum Consistorij Sandomirien. Notario.

Sabbathi

Sabbathi Decima Octaua Mai.

Quietatio Executorum Illrís Romanski per Illrem Brolnicki.

Coram Officio et Actis praesen Conry Sandomirien personaliter constitutg Illris et Adm Reuerendus Andreas Brolnicki Canonicg et Iudex Surrogatg Sandomirien Testamentorum Illris et Admi Reuerendorum, Stanislai Courtes Canonici Concionatoris Sandom Parochi in Zaleszany, et Alberti Lobacki Vicedecani Sandomirien et Parochi Gorzycen Executor Principalis palam ac per expressum recognouit. Quia Ipse de manibg Executorum Illris et Admi Rndi Pauli Romanski Canonici Sandomirien uti et tanquam Executoris Testamentorum binorum, primi Illris Courtes, et altelig Rndi Alberti Lobarki Vicedecani Sandomirien, Jura, monimenta, et Scripturas in quatuor fasciculis ligatas realiter et effectu recepit, de qua receptione prędictos Executores dicti Rndi Romanski quietauit et liberos pronunciauit. Praesen me Valentino ut supra.

Veneris Vigesima Quarta Mai.

Penipotentia per Rndum Strucki inscripta.

Coram Officio et Actis praesen Conry Sandomirien personaliter constitutg Admi Reverendg Hyacinthg Strucki in villa Stryzowice Parochg. Principalis omnibg melioribg, quibus de Jure, forma, via, Stylo, potuit ac debuit modis in Suum verum, legitimum, ac indubitatum Procuratorem videlicet Illrem et Admi Rndum Joannem Sywert Praeptum in Dobczyce Causarum Curiis Suis Illrimae Celsitudinis Instigatorem, fecit constituit, elegit, deputauit, ac solenniter ordinauit. Ad Eiusdem Constituen nomine, ac pro Eo ipso in omnibg causis, Signanter in Causa ex Actoratu Famatorum Joannis Gostewicz et Annae Coniugum legitimorum occasione certi debiti, et rerum ad Admi Rndum olim Albertum Letnarski Praepti Juanescen pretensarum, moderno Constituen quasi Testamenti pradicti Rndi Letnarski Executori indebite intentata, coram Judicio Ordinario Cracouien mota ac vertente comparen itq agen et allegan Suum Constituen incompetenter citatum ac temere stan eo quod muneri Executorio libere renuntiauerit, seq in nullam rerum motui dicti Testatoris derelictę dispositionem ingesserit, in ius euocatum esse. Proinde a termino et impetitione huigmodi Principalem Suum libere pronunciari, Actorem in litis et vialibg expensis Constituen refunden et resarcien condemnari peten. Ceteraq pro causis huigmodi exigentia, dicen facien, geren, exercen ac exequen, unum quog vel plures Procuratorem vel Procuratores in locum Suum Substituen, alias in forma mandati Procuratorii Constitutiui perfectissima. Actum Praesen me Valentino ut supra.

Mercurii Vigesima Nona Mai.

Instigator contra L. Mitkowicz

In termino hodierno ex Literis Citationis debite Recte prouenien Instigator Officij praesen Principalis Actor citatum infrascrum ad respondendum certis punctis Super

Vita moribus inconuenientibus, quarum Schedam Seorsiuam produxit, iure mediante Stringi, Citatus pro qualitate delictorum pœnis condignis puniri, idque quod est de Iure decerni, instetit, Præsente Rndo Ioanne Milkowicz Hospitalis Tarlouien. Capellano Citato ex aduerso Principali, præmissa contra quosuis Delatores protestatione Copias punctorum sibi concedi peten. Illustris et Adm Rndus Dnus Andreas Brolnicki Canicus et Iudex Surrogatus Sandomiriensis petitioni partis Citatæ annuen. copias punctorum conceden. et terminum ad responden. primam Iuris post Dominicam Pentecostes, quæ erit Decima Septima Mensis Iunij præfigen. esse duxit, prout concedit et præfigit conseruan. eundem terminum. Actum Præsen. Illri et Adm Rndo Casimiro Rzeczka Canonico Sandomirien. Decano Zauichosten. Parocho Lassocinen. Meq. Valentino Casimiro Piotrowicz Apostolico et Actorum Consistorij Sandomirien. Notario.

Sub Eodem Actu.

Adm Rndus Mogielnicki constituit Plenipotentem.

Coram Officio et Actis præsen. Conrij Sandomirien. personaliter constitutus Admodum Rndus Iacobus Mogielnicki Præptus Woyciechouien. Principalis omni meliori modo in suum verum Plenipotentem Videlicet Rndum Nicolaum Iandecki Instigatorem Officij præsen. cum Solitis clausulis in omnibus Causis in Conrio Sandomirien. agitatis, et agitan. ac verten. constituit, ac Solenniter ordinauit, in forma mandati Procuratorij perfectissima. Actum Præsente Me Valentino f. ut Supra.

Mercurii Quinta Junii 1697

Protestatio contra Executores Reuerendi Francisci Pielożynski per Famatam Jurkiewiczowa.

Coram Officio et Actis praesen Conry Sandomirien personaliter constituta Famata Heduis Jurkiewiczowa Ciuissa Sandomirien omni meliori modo Solenniter in et contra Reuerendum Albertum Koszycki Psalteristam Sandomirien uti et tanquam Executorem Testamenti Reuerendi olim Francisci Pielożynski Mansionary Sandomirien et alios Coexecutores manifestata est, de et ijs. Quia licet memoratis Executoribus median Decreto Judicij Illustrissimi et Reuerendissimi Domini Joannis de Małachowice Małachowski Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopi Cracouien Ducis Seueriae in Causa occasione non Solutionis certi debiti per praedictum Testatorem apud Manifestan contractt Sub die Lunae Decima octaua Mensis Junij Anno Domini 1696 lato, est iniunctum, et demandatum quatenus ijsdem Executores allegatam posteriorem quietationem et condonationem debiti millessoren Polonicall quasi Manifestanti per Testatorem Ipsorum factt et respectiue datt in officio Consistoriali Sandomirien probarent nihilominus ipsi praeinserto Decreto contrauenire per huiusmodiq contrauentionem cursum Justitiae Sanctae in graue Manifestan et forte grauius Animae defuncti Testatoris praeiudicium retardare, minime attenta Manifestan egestate eandem in majores et majores litis expensas inducere, allegatt condonationem dicti debiti probare nolle, taliterq ut praesumitur in probatione deficere audent ac praesumunt. Quare moderna Manifestans Sentiens se esse grauatam, hanc ad omnem meliorem finem interposuit Manifestationem, omni meliori Saluo. Actum Praesen Me Valentino ut Supra.

Veneris Septima Juny.

Instigator contra R. Kempski

Coram Perillustri et Adm Rndo Dno Dno Christophoro Stanislao de Dembica Dembicki J.V.D. Cracouien Sandomirien Canonico et Officiali Praeposito Stobnicen Sacrae Regiae Majestatis Secretario ac in Eius publica Causarum audientia personaliter comparens Instigator Officij praesen Principalis Actor in termino hodierno ex Citatione literali, debite ut a tergo apparebat executt prouenien Citatum infrascrum ad responden certis punctis et articulis Super Vita, moribus, Scandalis, et inhonesta cum Suspectis mulieribus conuersatione, alijsq inconuenientijs, prout latius in ijsdem punctis desuper formatt continetur Stringi ac compelli, in damnisq et litis expensis condemnari, et quia in Judicio praesen temulentus, de quo iam toties Judicialiter monitus extitit, absq debita Eiusdem Judicij reuerentia comparuerit, poenis condignis irremissibiliter puniri debita cum instantia postulauit. Praesen Reuerendo Valentino Kempski Ecclesiae Collegiatae Sandomirien Mansionario citato ex aduerso Principali puncta contra se porrecta et iudicialiter proposita vera esse negan. In contrarium Actor se ad proban Intentionem suam ad-

mitti petijt. Perillustris et Adm Radus Doming Christophorg de Dembica Dembicki fu. couien Sandomirien Canonicg et Officialis auditis premissis, attenta responsione citati, negatiua Actorem ad proban. admisit, Inquisitionem Juratoriam in Officio presen exp. dien esse decreuit Testes modo fide dignos adsistati mandauit, ratione autem temulentiae no. toriae, de qua iam Decreto Judicy presen Die 14ma Mensis Januarg Anno curren lato Cane est monitg, penas arbitrarias ad decisionem causa presen contra eundem extendendas re seruauit, prout admittit, committit, mandat, decernit, reseruat Decreti sui vigore ad premissa mediam Presen Alibg et Adm Rndis Andrea Brolnicki Canonico et Judice Surrogato Sandomirien Casimiro Rzeczka Sandomirien Decano Zawichosten Parocho Lgocinen Laurentio Chwalicki Sandomirien Canonicis Decano et Prepositis Planecen Mleg Valentino Casimiro Piotrowicz Aplico et Actuq Curiq Sandomirien Notarijs.

Sub Eodem Actu

Perillustris et Adm Reuerendus Dng Christophorg Stanislag de Dembica Dembicki J. V. D. Cracouien Sandomirien Canonicg et Officialis Prepositg Drohnicen Sacrae Regiae Majestatis Secretarius Venerabilem Stanislaum Zapalski M. Ord. Clericum, Instigatorem Officij presen ad promouen causas Fisci in Judicio suo quomodocunq incidentes constitutum esse duxit, prout constituit, et ut diligenter et fideliter Officio suo attendat precepit. Rndus Me Valentino Ut Supra.

Veneris Decima quarta Junii.

Instigator contra Rndum Lempicki

Coram Illustri et Adm Reuerendo Domino Andrea Brolnicki Canonico et Judice Surrogato Sandomirien Curiq Judicio personaliter comparens Instigator Officij Principalis Actor in termino hodierno ex citatione literali prouenien vigore antedicti decreti Sub die Veneris Septima mensis et anni curren lati, Testes videlicet Ingenuus Valentinus Broszkowski, Laurentius Strowinski, Studiosus Collegij Sandomirien Antonius Lomi. sarski, Laboriosus Jacobus Gaiewczyc, Adamum Blaziewski, Honestam Catharinam Ba. rzkowska Ciuem Sandomirien ad perhibendum fidele veritatis testimonium in causa et Actione Judiciaria inter se Actorem Principalem ex una, et infrascriptum Rndum Valentinum Lempicki occasione ictus modum, Scandalosum, et inhonestis cum Suspectis mulieribus conuersationis, de quo plenius his in Actis Sub die Veneris 9na mensis et anni curren continetur parte ex alte. ra motis ac vertente citatis inducit, eosdemq admitti, recipi, iurari, et iuxta Interrogatoria for. mata examinari petijt, in presentia Reuerendi Valentini Lempicki Ecclesiae Collegiatae Sandomirien Mansionarij citati ex aduerso Principalis contra Ingenuum Strowinski ex quo in Testimonio Ipsius fuerit excipien contra eundem in facie Judicy impetuose in. surgen, ac in vitam Ipsius conspiran his formalibus muste ia go tu wnet Sprzetnę &c, in reliquorum Testium inductorum admissionem consentien. In oppositum Supranotatis

Actor

Actor domestica facta domesticis probari debere Testibus, omnemque Suspitionem contra Testem per iuramentum tolli posse replicauit, proinde non obstante exceptione Citati, contra praedictum Mrowinski friuole opposita ut supra instetit. Et Illris ac Adm Rndus Dominus Canc et Iudex Surrogatus Sandomirien Supramemoratus attentis partium actoreae instantia et replicatione contra exceptionem oppositam, Citatae verò consensu, Testes inductos admisit, et recepto ab Ipsis corporali iuramento super dicen veritate praestari solito, examen eorum mihi infrascripto Notario commisit. Honestam autem Catharinam Broszkowska et Filium eius Valentinum Citatos et Iudicialiter monitos, stante eo quod praeuio corporali iuramento fidele veritatis testimonium temere et contumaciter deponere recusauerint, excommunicauit, literasque Excommunicationis extraden esse decreuit. Et ne Citatus memoratum Ingenuum Mrowinski tam per se, quam per Subordinatas Personas quouis modo laedere, aut Ipsi nocere audeat sub poena Excommunicationis, et alijs poenis arbitrarijs Ipsi serio inhibuit, prout admittit, committit, decernit, inhibet, Decreti sui vigore ad praemissa median Praesen me Valentino &c. ut sup.

Die Decima Septima Iunii

Protestatio et Obductio Laboriosi Pikus contra Reuerendum Albertum Koszycki.

Coram Officio et Actis praesen Conry Sandomirien personaliter constitutus Laboriosus Laurentius Pikus Hortulanus de Villa Sokolniki Principalis omni meliori modo in et contra Reuerendum Albertum Koszycki Psalteristam Collegiatae Sandomirien Solenniter protestatus est. Quia Ipse Protestan heri in nauigio libero Vistulae ad Sandomiriam nulla data occasione conuerberauit et conuulnerauit, et in continen in verificationem Eiusmodi Suae Protestationis obduxit et praesentauit Officio praesen vulnus in Capite baculo per Eundem Rndum Koszycki notabiliter Sectum, quod ob plurimam Sanguinis effusionem, eò temporis circumscribi non poterat. Item vestem Sanguine respersam, quam Protestationem Actis praesen inseri, una cum obductione petijt et obtinuit, offerens se ratione praemissorum cum Eodem Iure Actuum tempore et loco opportunis. Saluo Iure. Actum Praesen me Valentino &c. ut supra.

Veneris Vigesima prima Iunii

Quietatio Rndi Kempski per R. Kaniewski

Coram Officio et Actis praesen Conry Sandomirien personaliter Constitutus Reuerendus Thomas Kaniewski Principalis sponte libere recognouit. Quia Ipse post praestitam sibi Solennem deprecationem per Reuerendum Valentinum Kempski eiusdem Collegiatae Sandomirien Mansionarium unà cum duobus Presbris ex communitate Reuerendorum Vicariorum assumptis median Decreto et Actoratu Recognoscen contra Eundem Reuerendum Kempski sub die 2da Ianuarii Anno Curren lato peragi iniunctis, atque facta

xolutione decem Marcarum ad manus Reuerendi Praecentoris enumeratt, pro ornamento Capellae applicari, verbo stante plenaria Satisfactione Decreti praefati, Eundem Rndum Valentinum Kempski de omnibus pretensionibus personalibus quondam illatt, tum de Decreto praeinserto totoq processu in eadem Causa in Iudicio Conrialis Sandomirien fabricatt quietauit et liberum pronuntiauit perpetuo, ac in aeuum, consentien in Absolutionem Eiusdem R. Kempskia Censuris post intimatt Executoriales ad effectum paren Decreto incursis. Praesen Me Valentino Casimiro Piotrowicz Apostolico et Actorum Conrij Sandomirien Notario.

Sub Eodem Actu.

Absolutio Reuerendi Kempski á Censuris

Illustris et Admodum Reuerendus Dominus Andreas Brolnicki Canonicus et Iudex Surrogatus Sandomirien visâ quietatione de Satisfactione Decreti Sub die 11ma Ianuary Anno Curren latt per Reuerendum Thomam Kaniewski Ecclesiae Collegiatae Sandomirien Mansionarium officiose factt et recognita, Reuerendum Valentinum Kempski, a Censuris quibus ad Instantiam Reuerendi Thomae Kaniewski in Causa ratione dishonorationis et contemptuationis sui, alias quomodolibet innodatus extitit absoluen duxit, prout in Dei Nomine absoluit, Literasq absolutionis in forma consueta extradi mandauit. Praesente Me Valentino Ut Supra.

Sub Eodem Actu.

R. Bielak contra Rndum Casimirum Wodecki.

Coram Illustri et Adm Reuerendo Domino Andrea Brolnicki Canonico et Iudice Surrogato Sandomirien ac in Eius publica Causarum Audientia personaliter comparens Reuerendus Paulus Bielak Communitatis RR. Mansionariorum Ecclesiae Collegiatae Sandomirien Praecentor, Principalis Actor in termino hodierno ex Literis Citationis Seu Monitorij Simplicis ab Officio praesen expeditt et Emanatt, et legitime intimatt prouenien et in diem hodiernam inciden Citatum infranominatum ad responden certis punctis et articulis Super iniurijs personalibus, dishonorationibusq Actoris, et nonnullorum criminalium quasi per Actorem perpetratt malitiosae et injuriosae Objectionis ac exprobrationis, in Seorsiua Scheda iudicialiter productt, per Ipsum Actorem descriptt et Specificatt, eidem Actori diuerso tempore illatt, Iure median Stringi et compelli; alias in defectu comparitionis et directt responsionis Eundem excommunicari, Literasq Excommunicationis decerni, et in forma Solita ac consueta extradi mandari, Seu id quod de Iure venerit decerni, debita cum Instantia postulauit. In praesentia Reuerendi Casimiri Wodecki praedictae Ecclesiae Collegiatae Sandomirien Mansionarij Citati, ex aduerso Principalis, Saluis omnibus beneficijs Iuris, Sibi in toto reseruatis, et praemissa Solenni Protestatione contra Actionem de indebita Sui ad Iudicium praesens euocatione, tum de damnis et litis expensis, Causam praesen ratione dishonorationum contemptuationum, aliarumq Iniuriarum Persona-

lium

lium sibi potius Citato ac Communitati Suae illatt in Judicio Ordinario Episcopali Cracouien ex Actoratu Suo praeuentt esse, excipiendo dicen ac ideo a Causa praesenti uti identica, quae in duobus Subsellijs nullo modo agitari debet, eoq etiam attento quod Actio praesens in praeallegato Judicio Ordinario Episcopali Cracouien per viam reconuentionis uno eodemq processu commodissime decidi et terminari possit, et alias ne Ordo Jurisdictionum confundatur, litesq nutriantur Supersedere humiliter postulan. In contrarium Actor praeuentionem per Citatum allegatt, de qua ad praesens non docet esse inattendibilem, ex quo sit indistincta Actione et ad instantiam totius Communitatis Super iniurijs antiquis, se verò praesen Causam ratione praetensionum Personalium nouissime sibi Actori per Citatum illatt instituere replican dixit. Et Illustris ac Adm Rndus Dominus Canonicus et Judex Surrogatus Sandomirien auditis praemissis, attenta replicatione Actoris contra exceptionem per Citatum propositam, eandem uti friuolam rejecit, et Citato directe respondere mandauit. Tandem Suprascrus Citatus litem contestan, Copias articulati libelli per partem Actoream in Judicio porrectt sibi dari, et concedi petijt. Illustris et Admodum Rndus Dominus Canonicus et Judex memoratus, petitas Articulorum seu punctorum in Judicio per Actorem propositorum Copias parti Citatae concessit, et terminum ijsdem ad respondendum proximam diem Juridicam assignauit, prout concedit assignat, Decreti Sui vigore ad praemissa mediante. Actum Praesen Me Valentino Ut Supra.

Sub Eodem Actu.

Instigator contra Reuerendum Kempski.

Illustris et Admodum Reuerendus Dominus Andreas Brolnicki Canonicus et Judex Surrogatus Sandomirien Honestam Catharinam Broszkowska Ciuem Sandomirien et Filium Eius Valentinum a Censuris Ecclesiasticis, quibus ad Instantiam Instigatoris Officij praesen ratione non perhibitionis testimonij in Causa inter Eundem Instigatorem ex una, et Reuerendum Valentinum Kempski Mansionarium Sandomirien occasione vitae, morum, et excessuum Citatum parte ex altera, coram Judicio praesen mott ac verten innodatt extiterunt, facta per Eosdem Submissione de paren mandatis Jurisdictionis Ecclesiasticae absoluen esse duxit, prout in DEI Nomine absoluit, et recepto ab Ipsis in praesentia Reuerendi Kempski antedictt corporali iuramento mihi Notario infrascripto Examen Eorum commisit. Praesente Me Valentino Ut Supra.

Mercurii Vigesima Sexta Junii 1697.

R. Bielak contra R. Casimirum Wodecki.

In Causa et Actione Judiciaria inter Reuerendos Paulum Bielak Communitatis RR. Mansionariorum Ecclesiae Collegiatae Sandomirien Praecentorem Actorem Principalem ex una, et Casimirum Wodecki praedictae Ecclesiae Collegiatae

Sandomirien Mansionarium, occasione dishonorationum contemptuationum Actoris et certorum Criminalium objectionis, de quo plenius in propositione Originali articulata continetur Citatum ex aduerso Principalem coram Judicio praesen intenta et instituta mota, ac Verten in termino hodierno ex Actis prouenien et in diem hodiernam legitime inciden utraque parte in publica Causarum audientia comparen, Actorea quidem contumaciam partis Citatae contra libellum articulatum in vim propositionis, contra se in termino anteriori Sub dieneris 21ma Mensis et Anni Curren productae nihil dicen neq Suas responsiones ad puncta in Scriptis exhibentis accusante, Citata verò directè responden quantum ad 3tium punctum in articulis desuper formatis Specificatum, illud seu verius descripta in ipso criminalia se data occasione Actori objecisse confiten reliqua Puncta vera esse non meminisse dicen alia de facto negan. Illustris et Adm Reuerendus Dominus Canonicus et Judex Surrogatus Sandomirien auditis praemissis pro meliori informatione Judicij sui inquisitionem iuratoriam super punctis negatis in Officio praesen expedien esse decreuit, Testesq adcitari iniunxit, Decreti sui vigore ad praemissa median. Praesen Me Valentino &c ut supra.

Lunae Prima Mensis Julii 1697.

R. Bielak contra Reuerendum Kempski.

In termino hodierno ex Citatione Literali prouenien personaliter comparens Reuerendus Paulus Bielak Principalis Actor vigore anterioris Decreti Testes videlicet Reuerendos Thomam Kaniewski Mansionarium Ecclesiae Collegiatae Sandomirien Joannem Dachowicz Altaristam Ecclesiae Parochialis Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum Sandomirien ad perhiben fidele veritatis testimonium, in Causa et actione iudiciaria, inter se Actorem ex una et infrascrum Reuerendum Casimirum Wodecki, occasione contemptuationum, et dishonorationum Actoris parte ex altera mott ac verten Citatt induxit, eosdemq admitti, recipi, iurari, et examinari petijt. Praesen Reuerendo Casimiro Wodecki Ecclesiae Collegiatae Sandomirien Mansionario Citato ex aduerso Principali, in admissionem inductae Testium consentien. Illustris et Adm Rndus Dnus Andreas Brolnicki Canonicus et Judex Surrogatus Sandomirien auditis partium Actoreae instantia, Citatae consensu, inductos Testes admisit, et recepto ab Ipsis corporali iuramento de dicen veritate praestari solito Examen eorum mihi infranominato Notario commisit Decreto interlocutorio ad praemissa mediante. Praesen Me Valentino &c ut supra.

Sub Eodem Actu.

Instigator contra R.R. Zdzierzynski et Jandecki Vicarios Gozlicenses.

Coram Illustri et Admodum Reuerendo Domino Andrea Brolnicki Canonico et Judice Surrogato Sandomirien Eiusq Judicio personaliter comparens Instigator Officij praesen Principalis Actor in termino hodierno ex Citatione Literali, debite ut

apparebat

apparebat executi prouenien Citatos infrascritos in Excommunicationem Papalem in Canone
Si quis: contentus ob mutuam et violentam manuum in Personas Suas inuicem injectionem, atq
notoriam Sui Citatorum percussionem, cum Scandalo Populi ad Vesperas ipsa Octaua Corporis
Christi congregatus in Cæmeterio Ecclesiæ Parochialis Gozlicen attentatus ipso facto incidisse
et incurrisse declarari, et stante eo, quod in huiusmodi Excommunicatione latæ Sententiæ et
ipso facto incursa, tremen Missæ Sacrificium absq ullo remorsu Conscientiæ celebrauerint, ir-
regulares pronuntiari, factaq pronuntiatione, pro obtinen absolutione, et respectiuè dispensa-
tione, ad quem de Iure remitti, Eosdemq ob Scandalum exinde emersum pœnis condignis pu-
niri, debita cum instantia petijt. In præsentia Venerabilis Alberti Zdziezynski Vicarij Go-
zlicen, Suo et Venerabilis Sebastiani Jandecki Vicarij Gozlicen ex aduerso citatus, pro cuius
ratihabitione cauet, ac se præsen inscribit, nomine comparen contenta propositionis vera esse
negan, Solummodo contentionem quandam inter se Citatus ex eo quod Venerabilis Jandecki
Campanatorem in domo Sui comparen existen aggressus fuerit, eundemq conuerberare volu-
erit, ortam esse dicen, atq intra huiusmodi occasionem notam Sanguinolentam, seu paruulam
erasionem cutis in fronte, nescitur tamen a quo Sibi Subinde inflictæ faten. In Contrarium
Actor ad proban plenius intentionem Suam se admitti, et Citatos ob metum incursus in Cano-
nem Suspendi instetit. Illustris et Adm Reuerendus Dominus Canonicus et Iudex Surroga-
tus Sandomirien Supramemoratus auditis præmissis Super contentis propositionis per par-
tem aduersam negatis, inquisitionem in loco loci expedien esse decreuit, ad quem effectum Com-
missarium videlicet Adm Reuerendum Hyacinthum Strucki Parochum in Strzyzowice
deputauit, et in Personam Eius Literas remissoriales extradi mandauit, Citatosq interea am-
bos ob metum incursus in Canonem ad decisionem Causæ Suspendit, Decreti Sui vigore
ad præmissa median Præsente Me Valentino Et Supra.

Mercurii Tertia Mensis Julii

Protestatio Parochi Kliczanouien contra Abbatissam Conuentûs Buscen

Coram Officio et Actis præsen Contrarij Sandomirien personaliter constitutus Admodum
Reuerendus Stanislaus Burgiezy in Villa Kliczanow Parochus Principalis omnibus
melioribus modis Solenniter in et contra Religiosam ac Deodicatam Virginem Annam
Trebecka Abbatissam Monialium Ordinis Præmonstraten Conuentus Buscen prote-
status et manifestatus est. Quia Ipsa proprio nutu et priuata Authoritate nescitur
quo Iuris prætextu Domum ligneam ex materia antiquæ Ecclesiæ pro Hospitali per
Religiosam olim Virginem Theressiam Jarocka memorati Conuentus Abbatissam exstructæ
et Ecclesiæ Kliczanouien applicatæ iniuriose pro Hortulania transmutare in eademq
domo Hortulanum Subditum Suum collocare; his non contenta Sed in maius Eccle-
siæ antedictæ præiudicium, Domum in fundo Ecclesiastico Sitæ unà cum horto, tam de
Iure, quam antiqua et immediata possessione ad Ecclesiam Kliczanouien pertinentem
Sibi indebitè et incompetenter, imò nulliter appropriare, usurpare, Suprascriptumq Prote-

stantem die 27ma. Mensis Junij Anno Curren. eodem fundo Spoliare et violenter deoccupare. Item Summam Centum viginti florenorum Polonical. pro calice Ecclesiæ Protestan. a Rdo olim Joanne Pelinski in Obrzowo Vicario legatam percipere asserendo se pro eadem Summa calicem Lublini comparaturam, quem nihilominus taliter emptum et compactum prædicto Ecclesiæ conventui tradere, et in locum illius alium calicem valoris bis sexaginta florenorum Ecclesiæ sue Protestantis cum gravi eiusdem detrimento remittere. Item Scandulas duas viginta sexagenas post obitum Gnæi olim Bobola per Generosum Witowski Successorem suum Ecclesiæ condonatas, et in Ecclesia eadem indigente collocatas in necessitate sua eruere suum proprium cum obligatione eandem Ecclesiam his vel similibus contegendi convertere, taliterq; prædictam Ecclesiam depauperare et imminens ob defectum Scandalum ruinis causare ausa est, eb præsumpsit. Quare memoratus Protestans sentiens se suamq; Ecclesiam ratione omnium præmissorum summopere iniuriatam, et præjudicium cuius exinde subsequi indemnitati, iterum atq; iterum protestatur eandemq; Protestationem Actis præsentium inseri petijt et obtinuit. Actum præsentibus Venerabili Sebastiano Zapalski M. ord. Petro Pawlik Consistorij Sandomir. Fiscali Alej Valentino ut supra.

Quarta Mensis Julij

Protestatio Gnosi Pietowski contra Reuerendos Psalteristas Sandomirien

Coram Officio et Actis præsentium Sandomirien personaliter constitutus Generosus Albertus Franciscus Pietowski Sortium suarum in Bonis villæ Złotniki sitarum Hæres, Dominiter in et contra Adm. Reuerendos Laurentium Charteuski Seniorem Michalski Procuratorem Adm. Rdorum Psalteristarum ad Ecclesiam Collegiatam Sandomirien Spectan. totamq; Communitatem eorundem RR. Psalteristarum Sortium suarum in Złotniki sitarum Possessores protestatus est in ea, Quia Ipsi non contenti tot damnis sibi Protestanti toties illatis, ausi sunt et præsumpserunt Familiæ Protestantis conventionem baculeam suis formalibus per Reuerendum Michalski prolatis verbis, iacke Storczo wierzmie bic to go na trzy tokcie wbiię Kiiem wziemię minari, Segetes pecoribus et animalibus depopulari, Sepimentum ut ad Segetes facilius animalia ingredi possint destruere, equum Protestanti propterea nullo damno per familiam eorum sola malitia et rancore contra se Protestan. ductis ad prædium illorum clandestino modo adductum inscio Protestan. per aliquod interuallum retinere, familiæ suæ in omnibus præiudicium sibi Protestanti illatæ continuare, nec in præmissis Iustitiam ex familia sua administrare velle; quinimo loco administratæ iustitiæ coram Actis Castrensibus Capitaneatibus Sandomirien honorem intaminatum Protestan. circumscribere, multa inconuenientia, quæ per Protestan. non sunt peracta, nec sibi Protestan. probari possunt obijcere, prout de facto præmissa omnia executi sunt, pœnasq; exinde in se traxerunt. Ratione quorum omnium modernus Protestans iterum atq; iterum protestatus et contra Ipsorum protestationem ut mendacem reprotestatur. Rogitus ut Valentino ut Supra.

Sub eodem Actu.

Protestatio Generosi Kozlowski contra Eosdem Reuerendos

dos Psalteristas Sandomirien.

Coram Officio et Actis praesen. Conrij Sandomirien. personaliter constitutus Generosus Albertus Xauerius Kozlewski Sortium Suarum in Zlotniki Sitarum haeres, in et contra Adm. Rndos Laurentium Obartowski Seniorem Michalski Procuratorem Adm. Reuerendorum Psalteristarum ad Ecclesiam Collegiatam B. V. Mariae Sandomirien. Spectantium, totamque Communitatem Eorundem Admodum Reuerendorum Psalteristarum Sortium Suarum in praefata villa Zlotniki Sitarum Possessores protestatus est in eo, Quia Ipsi licet quidem optime sciunt quod famuli Ipsorum per pecora et pecudes damna tot et tanta in Segetibus fecerunt, et faciunt nihilominus id ipsis non prohibent, quinimo conniuent, Sues in triticum aliasque Segetes depabulan. immitti permittunt, nec de Patrefamilias Suo, qui boues ex damno per Patremfamilias Sui Protestan. abactos et in foresta Sui Protestan. pro praesentatione eorum in Castro occlusos clandestino modo accepit Iustitiam administrare volunt, ratione quorum omnium contra Ipsos iterum atque iterum protestatur Praesente Me Valentino &c. ut supra.

Lunae Octaua Iulii. 1697.

Instigator contra Rndum Kempski.

Coram Illustri et Admodum Reuerendo Domino Andrea Brolnicki Canonico et Iudice Surrogato Sandomirien. ac in Eius publica Causarum audientia, personaliter comparens Instigator Officij praesen. Principalis Actor in termino ex Citatione prouenien. dicta et Depositiones Testium Iuratorum in Causa inter se Actorem ex una, et Reuerendum Valentinum Kempski, occasione vitae morum, scandalique prout latius propositio articulata originalis obloquitur Citatum parte ex altera, mott. ac verten. Sub Die Veneris Decima quarta mensis Iunii Anno, Curren. inductae et examinatae publicari, et pro publicatis haberi, Citatum ijsdem testimonijs conuictum pro qualitate excessuum poenis tam in Iure Sancitis, quam etiam arbitrarijs puniri debita cum instantia postulauit, et in complementum probationum clauim ab Hipocausto Reuerendi Citati propriam huic mulieri seu verius Concubinae Suae, de qua fit in articulis mentio, per Citatum ob faciliorem ad se accessum datam ultro, et per eandem mulierem sibi Actori traditam produxit. Praesen. Reuerendo Valentino Kempski Mansionario Sandomirien. Citato ex aduerso Principali in publicationem Dictorum et Depositionum Testium consentien. et Eorundem Copias sibi concedi peten. Illustris et Adm. Reuerendus Dominus Canonicus et Iudex Surrogatus Supramemoratus Sandomirien. Dicta et Depositiones Testium in Suprascripta causa examinatae publicauit, Eorumdemque Copias inconcessibiles esse Citato, ex iustis rationibus censuit. Ex qua inquisitione iuratoria lecta, et maturè discussa, alijsque indicijs perpensis, quoniam plenè et sufficienter deductum est Venerabilem Citatum per diuturnum tempus videlicet per tres aut plures Annos sine remorsu conscientiae Suae, in graue Suae Salutis detrimentum, cum quadam muliere Rozycka dicta, Suspectissima conuersatum fuisse, eandemque ad nequitias perpetran. in residentia Sua, aliquando per tres, aliquando per integram Septimanam fouisse et detinuisse, et ita in continuo Statu tam nefandi Criminis vitam Suam Sacerdotalem iniquè duxisse, ingensque Scandalum in populo tam ex inhonesta huiusmodi conuersatione, quam etiam ex interceptione

pecunia et aureorum per dictam Suam Concubinam attentatæ ac publica recuperatione Sent. silenta receptione Eorundem in domo honesta in circulo Ciuitatis Sandomirien sita facta, resultan. fecisse cum ignominia Statûs Clericalis. Ideo eundem ratione cuiusmodi Concubinatus includen etiam temerarium et illicitum citati progressum, quod circa introductionem huiusmodi Causæ Sub die veneris Septima elapsi Iunij temulentus in Judicio comparuit, vigoreius puniben esse adinuenit, Eundemq ad Sessionem formalis carceris per duos menses in turri penes Ecclesiam Collegiatam Subeun condemnauit, et quatenq citante huiusmodi Carceris ferijs quatuor et Sextis in pane et aqua ieiunet: expleto vero carcere recollectiones apud Patres Reformatos per unam Septimanam pro reformatione Spiritus peragat, et triginta Marcas Hospitali Pauperum Sacerdotum Cracouiæ ad Sanctum Martinum applican in officio reponat. Item Instigatoris intuitu suis expensis duos decem marcas soluat decreuit, et ne cum Eadem muliere et alijs Personis Suspectis conuersari imo colloqui audeat Sub penis grauioribus ipsi inhibuit, Eandemq canonice monuit, ad quem effectum Literas Executoriales cum Spatio quindecem dierum extradi mandauit, a quo Decreto citatus appellauit, cuius Appellatio uti in causa correctionis refutata. Actum Pinczow die Valentino ut Supra.

Venetis Duodecima Julii

Bielak contra Casimirum Wodecki.

Coram Illustri et Admodum Reuerendo Domino Andrea Brodnicki Canonico et Iudice Surrogato Sandomirien Ciusq Justicia personaliter comparens Reuerendus Paulus Bielak communitatis Reuerendorum Mansionariorum Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien Actor principalis ex una, et in termino hodierno ex citatione literali prouenien et in diem hodiernam legitimè inciden. Dicta et Depositiones Testium Juratorum in causa et actione Judiciaria inter se Actorem ex una, et infrascriptum Reuerendum Casimirum Wodecki, occasione dishonorationis et contemptuationis sui Actoris, prout alias latius hic in Archivantur citatum, parte ex altera nota ac vertente Sub die prima elapsis Julij Anno Curren inductorum et examinatorum publicari pro publicatis habere: citatum ratione objectionis criminalium uti confessum, ratione vero aliorum punctorum dictis depositionibus Testium contrariè penis condignis puniri, deprecationem solennem sibi actori, et restitutionem famæ hæc in iungi, seu id quod ratio et Justitia Sancta Suadebit decerni et pronunciari debita cum instantia postulauit. In presentia Reuerendi Casimiri Wodecki prædicti Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien Mansionarij citati ex aduerso Principalis se crimina in tertio puncto specificata Actori prout objecisse fatens, ita eadem se deducturum appromittentis et ad eum effectum literas binas priuatas Reuerendi Pauli Zarembski quondam Notarij Curiæ Sandomirien exhibens et in publicationem dictorum Testium consentiens. In contrarium Actor Decretum Illustris et Admodum Reuerendi olim Sebastiani Lubieniecki Archidiaconi et officialis Sandomirien in favorem sui Actoris latum produxit illud se Suamq famam conseruari citato Silentium imponi et tan

quam

quam temere ac incompetenter agentem puniri petijt, et alias ut supra instetit. Illris et Adm Reuerendus Dnus Canonicus et Iudex Surrogatus Sandomirien. supra memoratus auditis præmissis, eoq attento quod Citatus quæ Criminalia in anteriori termino Actori se obiecisse confessus, eadem in hodierno termino se deductum appromittat certis priuatis binis Literis Reuerendi Pauli Zarebski quondam Conrij Sandomirien. Notarij de data Varsauiæ una quidem decima tertia Mensis Februarij, altera vigesima sexta Mensis Aprilis Anno Curren. confectæ et ad se directæ contra Decretum Illustris et Adm Reuerendi olim Sebastiani Kokwinski I. V. D. Archidiaconi et Officialis Sandomirien. infranominatæ Causæ Commissarij ab Officio Ordinario Episcopali Cracouien. delegati in Causa, occasione certorum Criminalium quasi per Acturem perpetratorum ex Serijs controuersijs Partium et inquisitione Iuratoria sub die Mercurij vigesima nona Mensis Iunij Anno Domini 1676to definitiuè latum, pugnantibus intaminatæq fidei prælibati Illustris et Admodum Rndi Kokwinski iniuriosè detrahen. innixus, eoq in deliberatione præhabito, quod idem Citatus prænominato Decreto, quod indubium vocari nequit, falsitatem opponat, objectaq Actori crimina iam sopita, mortificata, quinimo ut nulla ita annihilata, suscitare attentare, et innouare malitiose intendat, idq indebitè ac incompetenter agere velit, ac se ingerat. Viso quoq præinserto Decreto Illustris Kokwinski Commissoriali authentice in Iudicio producto, quo mediante delatoribus omnibus et singulis sub pœnis contra Detractores Sancitis perpetuum impositum est silentium, nihil debere nocere famæ Actoris pronuntiauit. Citatum temere ac incompetenter velle agere adinuenit, eidemq silentium sub pœnis arbitrarijs imposuit, et ne tanta Citati temeritas atq peccaminosa, ac intenta contra bonum proximi nomen malitia maneat imposita, Actor verò dignam famæ læsæ ac toties ut ex inquisitione iuratoria extra confessionem Citati constat injuriatæ possit recipere compensationem, uolendoq præcludere viam ulterioribus rixis in gremio Spiritualium omnimodè vitan. quæ data minimâ occasione exoriri possint, prout de facili exoriebantur et exoriuntur, decreuit quatenus memoratus Citatus in Capitulo Mansionariorum Capitulariter congregatus, in quorum etiam præsentia publicè læserat, cum Presbris duobus ex Communitate Vicariorum duobus ex Communitate Psalteristarum Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien. Actorem publice verbis Ciuilibus deprecetur famam restituen. Psalterium in inserta Ecclesia Collegiata Sandomirien. per integram septimam die et nocte decantet, triginta marcas in Officio piis locis applican. reponat, Actori autem quinq intuitu litis expensarum exoluat, ac enumeret, et ne in posterum Actorem unquam lædere audeat, sed semper fraternum amorem seruet, se se modeste gerat, iurgia non excitet, ipsi serio iniunxit, et monuit, ad quem effectum Literas Executoriales in euentu contrauentionis cum spatio sex Dierum extradi mandauit, prout pronuntiat, adinuenit, imponit, decernit, iniungit, monet, mandat Decreti sui vigore ad præmissa mediante. A quo Decreto memoratus Citatus verbo ad quem de Iure appellauit, cuius appellatio est refutata. Præsen. Illustri et Adm Reuerendis Alberto Carolo Mrowczynski Canco Opatouien. Vrzedouien. Stephano Zuchowski Sandomirien. Samborzecen. Parochis Meq Valentino &c ut supra.

Decima Nona Mensis Julii.

Instigator contra Venerabiles Zdzierzynski et Jandecki Vicarios Gozlicenses.

deratos Anno proximè praeterito in bona Protestantis in Marcinkowice Situatt immiserint, exindeq; non modica damna eidem causauerint, Sed insuper Anno praesen Dnos milites Loricatt. Cochortis Illustris et Magnifici Domini Chelmski Castrorum Regni in Se Protestan Suaq; bona immitere, Subordinare, Contributionem Hybernalem in bona Seu agros Sortis Suae Canonicalis in eadem villa Situatt ab omni onere immunia et libera proprio motu et priuata Authoritate imponere, ac intuitu huiusmodi Contributionis equum Protestantis violenter acceptum militibus tradere, iisdemq; militibus, uti petulantioris vitae hominibus occasionem ad contemptuan et laeden honorem intaminatum Sui Protestan praebere, aliasq; injurias et violentias, ubi de Iure Specifican causare ausi sunt et ipsum pseudo ratione quorum omissorum iterum atq; iterum protestatur. Praesen Me Valentino Cuthsopa.

Lunae Quinta Mai. 1698

Decimarum Praedii Tęcza ad Ecclesiam in Strzyzowice.

Coram Illustri et Admodum Reuerendo Domino Andrea Brolnicki Canonico et Iudice Surrogato Sandomirien Eiusq; Iudicio personaliter comparens Gnosus Joannes Pozowski Praedii Tęcza dicti Possessor Principalis in termino hodierno, ex Literis Sublevationis unà cum adcitatione debite executt prouenien Se a Censuris absolui, processum reponi, ac de bene obtento doceri, Decretumq; Iudicii praesen Sub die Vigesima 3ma Mensis et Anni Curren, contra Se quasi in contumaciam latum, retractari, ex quo non contumax, Sed certo casu videlicet fractione currus in quo discedebat pro termino fuerit impeditus ad comparen Sub die vigesima prima mensis Eiusdem petijt, Seq; Suam illationem iuramento comprobaturum obtulit. Praesen Reuerendo Hyacintho Strucki in Strzyzowice Parocho ad praesens Citato, praedictt Generosum Pozowski non debere absolui, nisi refusis tam contumacialibus, quàm pro termino anteriori Suprascripto, factis expensis, Decretoq; allegato adiudicatis, dicen, iuramentum indulgen, et processum legitimè obtentum exhiben. Et Illustris ac Admodum Reuerendus Dominus Iudex Surrogatus, qui Supra, viso contumaciali processu rite obtento, et Decreto Sub die vigesima prima Mensis et Anni praesen, dictum Generosum Pozowski ad Solutionem quindecem marcarum, intuitu processûs contumacialis et litis expensarum adiudicatt Actori per totum hodie praestan condemnauit, Eundemq; a Censuris absoluen esse duxit, prout in Dei Nomine absoluit, ulteriusq; pro Principali procedere mandauit. Tandem in negotio Principali Admodum Reuerendus Hyacinthus Strucki Parochus Strzyzouicen Principalis Actor contra Citatum infrascriptum verbo proposuit. Quia Ipse Decimam Manipularem omnis grani et Seminis ex agris et Araturis Suis praedialibus Tęcza dictt prouenien ad Se Actorem Suamq; Ecclesiam Strzyzouicen Spectan extradere non vult et recusat. Ipsum igitur ad extraditionem eiusmodi Decimae Stringi debita cum instantia postulauit. Praesen Generoso Joanne Pozowski Praedii Tęcza Possessore

Citato ex aduerso Principali Decimam de qua res est ad Ecclesiam Strzyzowicen pertinere agnoscen eandemq pro Anno proximè elapso in quota Centum florenorum iuxta contractum Saluturum, in futurum vero in manipulis extraditurum, prout tot Decretis adiudicatam sese Submittente. Et Illris ac Admodum Reuerendus Dominus Iudex Surrogatus Sandomirien Supramemoratus auditis præmissis, Submissione Generosi Citati iudicialiter factt et inscriptt approbauit, et eidem Standum esse decreuit. Actum Præsente me Valentino ut Supra.

Mercurii Septima Mai

Constitutio Procuratorum per Subditos in Bidziny Sortis ad Ecclesiam in Woyciechowice Spectan.

Coram Officio et Actis præsen Conrii Sandomirien personaliter constituti Laboriosi Iacoby Nowak Cmcho Vincentius Kosonog Hortulanus Suis et aliorum Cmethonum et Hortulanorum certæ Sortis in villa Bidziny ad Capellam in Ecclesia Parochiali Woyciechouicen fundatt Spectan, pro quorum ratihabitione cauent, ac se se præsen inscribunt nominibus, Principales omni meliori modo in Suum verum, legitimum, ac indubitatum Procuratorem, videlicet Illustrem et Adm Rndum Ioannem Siwertt Præpositum in Dobczyce Causarum Curiæ Suæ Illmæ Celsitudinis Fiscalem fecerunt, constituerunt, ac solenniter ordinauerunt cum Solitis ratihabitionis, releuationis clausulis facultateq unum vel plures Mandatarium vel mandatarios in locum Suum cum Simili vel limitata potestate Substituen. Ad eorundem Constituen nomine, ac pro iis ipsis in causa et actione Iudiciaria inter se Constituen Actores ex una, et Adm Reuerendum Iacobum Mogielnicki Præpositum Woyciechouicen occasione ptensionum, et aliarum iniuriarum realium, ubi de Iure Specifican sibi Constituen totiq Suæ Communitati illatt Citatum, parte ex altera, coram Iudicio ordinario Episcopali Cracouien mott ac verten comparen eandemq causam instituen, intentan promouen defenden, tuen Decreta pro parte Constituen ferri peten, idq quod de Iure competierit urgen, aliaq pro causæ, termini et fori exigentia desuper necessaria Iuris vel facti remedia, dicen facien peragen exercen, procuran expedien exequen, quæ Ipsimet Constituen dicerent, facerent peragerent, exercerent, procurarent, expedirent et exequerentur si præmissis præsen interessent, etiamsi talia essent, quæ magis Speciale vel generale requirerent mandatum, quam præsen est expressum. Promittentes ut alias in forma mandati Procuratorii Constitutiui latissima et perfectissima. Actum Præsen Generoso Domino Dąbrowski Meq Valentino Casimiro Piotrowicz Apostolico et Actorum Conrii Sandomirien Notario.

Veneris Nona Mensis Mai 1698.

Generosus

Generosus Brochowski contra R. Dachowicz.

In termino hodierno ex Citatione prouenien personaliter comparens Generosus Dominus Ioannes Brochowski Pocillator Sochaczeuien Suo et Generosæ Consortis nomine Principalis Actor Citatum infrascriptum ad responden prætensionibus et iniurijs tam realibus quam Personalibus ex contractu Arendæ Bonorum Prædii Gierlachow dictt ortt, desuper in articulis porrectt descriptt Stringi, aliàs in defectu directæ responsionis eundem Citatum excommunicari postulauit, Præsen Reuerendo Ioanne Dachowicz Altarista et Vicario Ecclesiæ Parochialis Sandomirien Citato ex aduerso Principali responsionem ad ptensiones partis Actoreæ se in Scriptis datu rum offeren, atq reconuentionaliter Suas prætensiones ad partem Actoream ex aduerso habitt in Seorsiua Scheda producen eandemq admitti exposcen. Illustris et Admodum Reuerendus Dominus Canonicus et Iudex Surrogatus Sandomirien Suspensa responsione utriusq partis, eo attento quod ptensiones partium ab utrinq Iudicialiter propositæ in conditionibus contractûs initi fundent. Actor verò Gnosam Consortem Suam contractum ratione Arendæ Bonorum prædii Gierlachow dictt factum ad Subscriben Citato dedisse alleget, ideo quatenus Citatus eundem contractum Siue Scripturam inter se conscriptt pro prima Iuris comporte Seriò iniunxit, prout iniungit Decreto psenti Actum Præsen me Valentino &c ut supra.

Sub Eodem Actu.

Approbatio Testamenti Adm Reuerendi Szániawski in Charzowice Parochi.

Coram Illustri et Admodum Reuerendo Domino Andrea Ioanne Brolnicki Canonico et Iudice Surrogato Sandomirien ac in Eius publica Causarum audientia personaliter comparen Admodum Reuerendus Iosephus Koniecki Curatus Zaleszanen, Generosi Carolus et Stephanus in Rozwadow Rozwadowscy, Testamenti Admodum Reuerendi olim Andreæ Szániawski Ecclesiæ Charzouicen Parochi Executores, Suis et aliorum Coexecutorum nominibus, Principales Actores in termino hodierno ex Literis Cridæ legitimè ab Officio psen Sub die trigesima Mensis Mensis Anno Curren expeditt et extraditt, ac debite ut a tergo apparebat per Venerabilem Martinum Chmielowski Vicarium Zaleszanen Sub die tertia Mensis et Anni Curren executt prouenien, accusata contumacia omnium et Singulorum Suo ex aduerso Ius et Interesse aliquod ad infrascripta se habere putan et ptenden dictt Cridæ Literis Citatorum, et nec per se nec per Suos Mandatarios comparen, et in eorum contumaciam testamentum Suprascriptt Testatoris manu propria Ipsiusmet Scriptt et Subscriptt in omnibus et Singulis illius punctis clausulis ligamentis et conditionibus Vniuersis approbari, confirmari, ratificari, robur Authoritatis Ordinariæ et perpetuæ

firmitatis, pariter et decretum desuper apponi, Literasq; approbationis et confirmationis in forma solita decerni et extradi mandari, defectusq; si qui in Omissis quomodocunq; intercesserunt Suppleri, debita cum instantia postulauerunt. Cuius quidem Testamenti tenor sequitur huiusmodi. In Nomine Domini Amen. Każdemu człowiekowi nic innego nie dostáie tylko umrzec. Panu Bogu w Troycy iedynemu wopiekę go oddaie. Wierzę ze iest Bog Oiciec, Syn Boży, Duch Swiety, trzy osoby ieden P. Bog. Wierzę co Kościoł trzyma y uczy. A do dispozycyi profesc Imść Xiędza Andrzeia Grolnickiego Surrogata Sandomirskiego, Imść Xiędza Iozefa Konieckiego Plebana mego naybliższego Imść Pana Adáma Sániawskiego Pisarzá Ziemskiego Zukowskiego, Im Pana Károla Kozubowskiego, Im Pana Stefaná Rozwádowskiego, od Imść mi dáne ná trzytá złotych Kartaginá ná złotych trzydzieści. Item ná Sto. Item na ornáneck pisc. Ná Konia wáleczátego złotych czterystá. Item ná Konia gniádego złotych Sto. Item na uspokoienie Kommissárzá złotych trzystá. Item za Dziesięcinę wytyczną ze wsi Pilchowa y Przysłáwia, tak pozostałe iáko y po wsi, złotych tysiąc dwieścietrzydzieści, obiecuie złotych Sto, ná co testámentu od Imść Pana Stefaná Rozwádowskiego, zápracę tym wszytkim Schizmom po złotych Sto, iednák Imść Xiędzu Surrogatorowi złotych Sto pięćdziesiąt, do Swiętego Iakubá złotych Sto, aten testament ważny iáchym go w Srodzie rohárowáł y wiárę mudáci: do tego ost Summę zadziesięcinę wytyczną po wsi Szymonowicach więźnych złotych dwieście sześćdziesiąt ná mszę Swiętą, ktorey woli moiey y testámentowi obowiązuie, ktorą Msze dosyć uczynili, a ieżeliby kto przeczył mojey woli, tedy ge iáko sędziemu powołuię Pánski. X. Andrzey Sániawski Kánonik Lubelski Plebán Checrzewski. Et Illustris ac Adm Reuerendo Domino Canonico et Iudex Surrogatus Sandomirien Supramemorato visso et lecto pinserto testamento manu propria testatoris officio pres nota Scripturali Scriptum ante omnia Interessates quosvis diutius ultra horam audientiæ expectauit statos, et nec per se nec per suos Procuratores comparen contumaces reputauit, et in eosdem contumaciam dictum Testamentum in omnibus et singulis punctis clausulis et conditionibus vniuersis approbauit, confirmauit, robur Authoritatis ordinariæ pariter et decretum desuper apposuit, Literasq; approbationis et confirmationis decreuit, et extradi mandauit defectusq; si qui in Omissis intercesserunt Suppleuit. Decreto pres ad Omissa medianti Prædicto Adm Reuerendo Stephano Zuchowski Decano Opatzyunicen Parocho Sandomirien si et Samborzecen Mej, valentino Lat supra.

Tertia Mensis Junii. 1698.

Constitutio Procuratorum per Gnosum Dembicki.

Coram officio et aliis presentibus Capitulo Sandomirien personaliter constituto Generosus Felicianus Dembicki Principalis omni meliori modo in Suos veros legitimos

ac indubitatos

ac indubitatos Procuratores videlicet Perillustrem et Reuerendum Dominum Christophorum de Dembica Dembicki Iuris vtriusq; Doctorem Gracouien Sandomirien Cancum et Officialem Prepositum Stobnicen Sacre Regie Maiestatis Secretarium tanquam Patruum suum et Tutorem Naturalem Illustrem et Admodum Reuerendum Joannem Siwert Prepositum in Dobrzyn Causarum Curie Sue Illme Consistorii Fiscalem Excellentem Dominum Albertum Krzyzanski Publicum Notarium absentes tanquam presentes fecit constituit elegit deputauit ac solenniter ordinauit. Ad eiusdem constituen nomine ac pro eo ipso in causa erachione Judiciaria ex Actoratu Perillustris et Admodum Reuerendi Raphaelis Leszczki Juris vtriusq; Doctoris Archidiaconi Sandomirien Prepositi Zielcien uti testamenti Illustris et Admodum Reuerendi olim Pauli Slomanski Canonici Sandomirien Executoris occasione impignonis certi pignoris videlicet torquis aurei per Generosum Parentem sui constituen apud eundem Illustrem olim Slomanski oppignorati intentate in Judicio Ordinario Episcopali Gracouien motæ ac vertenj coram eodem Judicio Ordinario comparen causam presentem defenden idem pignus eximen seu taxan ac astiman factaq; taxadne restantem summam leuan et percipien de huiusmodiq; exemptione vel perceptione quas opus fuerit quitan in hacq; causa finaliter concluden aliaq; pro huiq causa exigentia Juris vel facti remedia de Jure tamen licita et honesta dicen facien procuran exercen expedien ac exequen quæ Ipsemet Gnus constituens diceret faceret gereret procuraret exerceret expediret ac exequeretur si personaliter interesset. Dans et concedens facultatem in locum Suum unum vel plures mandatarium vel mandatarios cum simili vel limitata potestate substituen eumq; seu eos quoties opus fuerit reuocandi. Promittens idem Gnus constituens se id totum quidquid per dictos Procuratores constitutos siue substituen dictum factum procuratum expeditum ac executum fuerit ratum gratum firmum et validum perpetuo habiturum se. Actum Praszn Nobili Constantino Pelczycki Medz Valentino Sut Supra.

Sub Eodem Actu.

Manifestatio super Solutione Decimæ post Villam Niedrzwica ad Preposituram Sprzywnicen per Generosam Bobolina.

Coram Officio et Actis Cons Capri Sandomirien personaliter constituta Generosa Martianna de Zaplzow Bobolina Villæ Niedrzwica adultalitia domina Principalis Solenniter manifestatur contra Admodum Reuerendum Stanislaum Florianum Weyherski Preptum Sprzywnicen super eo quod licet ipsa manifestans parata sit summam pecuniariam videlicet centum florenorum Polonicalium intuitu decimæ post agros tam Prædiales quam Quethonales villæ dictæ Niedrzwica prouenien ad Ecclesiam Parochialem Sprzywnicen spectan pro anno elapso millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo prout anteacti temporis et immediate soluebat, eidem Admodum Reuerendo Præposito reali

et in effectu enumerare, nihilominus ipse eandem Summam recipere noluit, quam Summam Centum florenorum in continenti Officio praesentauit, de sua promptitudine protestans, et rursus eandem ad se recepit, de receptaq; officium praesens quietauit. Actum Praesen. Generoso Adalberto Jaglenski Rndo Casimiro Pawolocki actu Presbro Meq; Valentino ut supra.

Veneris Sexta Mensis Junii 1698.

Protestatio contra Mansionarios Sandomirien. per Reuerendum Pawolocki.

Coram Officio et Actis praesen. Cnrii Sandomirien. personaliter constitutus Reuerendus Casimirus Pawolocki Presbr ad Mansionariam Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. institutus Principalis omnibus melioribus, quibus de Jure, forma, via stylo potuit ac debuit modis solenniter in et contra Admodum Reuerendum Paulum Bielak Praecentorem, Casimirum Wodecki, Thomam Kaniewski, Matthiam Wodecki Mansionarios Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. protestatus est de et super iis. Quia licet idem Protestans absolutâ trium Septimanarum probâ vigore Statutorum Communitatis protestatorum praerequisitâ, aliisq; Seruatis de Jure Seruan. existens legitimè et Canonicè ad Mansionariam praeinsertae Collegiatae Sandomirien. mediante Decreto Judicii praesentis Ordinarii Episcopalis Cracouien. ex Seriis controuersijs partium sub die Veneris Vigesima tertia mensis Mai Anno Curren. definitiuè lato, Institutus multoties partim per se partim per dignas Personas, memoratum Adm Reuerendum Praecentorem totamq; Communitatem requisiuerit, seq; inhaerendo Decreto Institutionis ad eandem Mansionariam introduci petierit, ad effectumq; paren. praemisso Decreto Literas Executoriales ex Cancellaria Eiusdem Officii Ordinarii cum Spatio Sex dierum legitimè extraditas sub die trigesima Mai Anno Curren. intimari curauerit, nihilominus Ipsi Spreta Protestan. requisitione in vilipendium Judicii Ordinarii Episcopalis Cracouien. Executorialibus debite executi minimè attentis fulti remedijs Juris cum Subleuatione ex Cancellaria Illmae Nuntiaturae Apostolicae conditionatae cum clausula, manu propria Rndmi Auditoris Nuntiaturae Scriptae, cuiusnexus huiusmodi petita Juris remedia cum Subleuatione non retardata executione Decreti concedimus exportatae, eundemq; Protestan. ad Saepedictam Mansionariam introducere in possessionemq; actualem et realem admittere nolle, Literas Institutionis in derogationem Authoritatis et intaminatae fidei Eiusdem Officii Ordinarii illegitime per Protestan. obtentas esse allegare, nonnullaq; laesiua verba contra se Protestan. et alios requiren. tum contra Ipsum Officium effutire, sicq; existen. ratione contrauentionis praemissis mandatis, post intimatas sibi Executorialium Copias Censuris Ecclesiasticis innodatae, sine ullo Scrupulo ac remorsu Conscientiae Suae tremen. Missae Sacrificium celebrare ausi sunt et praesumpserunt, audentq; et praesumunt. Quare idem Protestans consulen. cuiuis indemnitati Suae prouenien. ratione praemissorum iterum atq; iterum protestatus est

Saluol.

Salus omni melieri. Praesen. Me Valentino ut supra.

Sub eodem Actu.

Grossatio Inuestitura ad Mansionaliã per eundẽ.

Coram officio Actor. pr̃aesen. Sandomirien. personaliter constituty Reuerendus dominus Pawolocki Presbyter ad Mansionaliam Ecclesie Collegiate Sandomirien. sis Institutus tenens et habens suis in manibus Literas Institutionis ex cancellaria Illustrissimi et Reuerendissimi Domini Domini Ioannis de Malachowice Malachowski Dei et Apostolice Sedis Gratia Episcopi Cracouien. Ducis Seueriã de data Cracouie die veneris Vigesima tertia Mensis Mai Anno Currẽ. emanat. Salvas illesas omniq. Suspicionis litura rentes Authenticas, eandem ad omnem meliorem finem et effectum actis pr̃aesen. inscripsit. quod de Iure obtinuit. Quarum siquidem tenor sequitur talis: Ioannes de Malachowice Malachowski Dei et Apostolice Sedis Gratia Episcopus Cracouien. Dux Seueriã. Honorand. viris Vicariis Mansionariis, Altaristis, Psalteristis Ecclesie Collegiate Sandomirien. ceterisq. Presbitis, quibuscunq. Clericis, Notarijs et Tabellionibus Publicis, alijsq. legitimis Executoribus tenore pr̃aesen. requirim. Salutem in domino. Nouerit̃is quia ad Nos ad Mansionariam in pr̃aedicta Ecclesia Collegiata Sandomirien. per mortem et obitum Reuerendi olim Stanislai Sieleczynski illius ultimi et immediati Possessoris vacan. Reuerendum Dominum Pawolocki Presbitum per Illustres et Admodum Nobiles Prelatos, Canonicos, totumq. venerabile Capitulum Ecclesie pr̃aefate Sandomirien. Eius de Mansionaliã legitimos Patronos pr̃aesentatum, median. Decreto nostro die hodierna lato, Authoritate Nostra Ordinaria instituendum et inuestiri esse duximus, uti quidem recepto prius ab Ipso iuxta pr̃aescripti Sacri Concilii Tridentini et Bullar. Pii 4ti ac Constitutionum Prouincialium Super. Catholice fidei professione, tum quoq. de Obedientia et reuerentia Nobis et Nostris Successoribus Nris pr̃aestan. Deq. non alienan. dicte Mansionaliã bonis, quinimo alienata pro posse recuperan. solito corporali Iuramento, per manus capitis Eius impositionem Instituimus ac inuestimus curam administran. Spiritualium et regimen temporalium rerum dicte Mansionarie ipsi committim. in Dei nomine per pr̃aesentes Literas Nostras. Quocirca vobis Supra Scriptis Executoribus in Virtute Sancte Obedientie et Sub Excommunicationis pena mandam. quatenus dum et postquam ex parte memorati Instituti Nostri tenore pr̃aesentium requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, Ipsum in et ad realem actualem corporalem et effectualem pr̃aedicte Mansionarie possessionem, Iurium, attinentiarum et pertinentiarum posse Ipsius inducatis ponatis et recipiatis, Seu alter Vestrum inducat, ponat, et recipiat. Facientes Ipsi de omnibus et singulis illius Iuribus, fructibus, prouentibus, reditibus, Censibus, Decimis, utilitatibus, emolumentis, obuentionibus attinentijs et pertinentijs Vniuersis, per tot ad quos pertinet plenarie et integre responderi, et vos Ipsi quantum in vobis est respondeatis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium pr̃aesentes Subscripte Sigillo Nostro fecimus communiri. Actum et Datum Cracouie in Palatio Nostro Episcopali Die veneris vigesima tertia Mensis Mai Anno Domini millesimo

Sexcentesimo Nonagesimo Octauo. Locus X. Sigilli. Petrus Stanislaus Orlowski Canonicus Cracouien. Causarum Curiae Suae Illmae Celsitudinis Gnalis Auditor.

Sub Eodem Actu.

Ingrossatio Executorialium Literarum contra Mansionarios per Eundem.

Coram Officio Actisq. praesentibus Conrii Sandomirien. personaliter constitutus Reuerendus Casimirus Pawolocki Presbr ad Mansionariam Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. Institutus Principalis tenens et habens Suis in manibus Literas Executoriales ad effectum parem Decreto institutionis in Iudicio Ordinario Episcopali Cracouien. Sub die Veneris Vigesima tertia Mensis Mai Anno Curren. lato, ex Cancellaria Eiusdem Iudicii cum Spatio Sex dierum legitimè extraditae, et debitè per legitimam Executionem Communitati RR. Mansionariorum Sandomirien. intimatas, Saluas, illaesas, Authenticas p. easdem Actis praesen. inseri petiit, quod de Iure obtinuit. Quarum Literarum tenor Sequitur talis: Ioannes de Malachowice Malachowski Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Cracouien. Dux Seueriae. Honoran. Viris Vicariis Ecclesiarum quarumuis, caeterisq. Presbris quibusuis Clericis, Scholiis aliisq. legitimis Executoribus tenore praesen. requiren. Salutem in Domino. Mandamus Vobis in Virtute Sae Obedientiae et Sub Excommunicationis poena, quatenus ad Instantiam Adm Reuerendi Casimiri Pawolocki ad Mansionariam Sandomirien. morte Reuerendi olim Francisci Gielczynski Vacantem Authoritate Nostra Ordinaria instituti personaliter acceden. Adm Rndum Paulum Bielaski Seniorem, RR. Casimirum Wodecki, Thomam Kaniewski, Matthiam Wodecki Mansionarios Sandomirien. Ipsos Authoritate Nostra Ordinaria moneatis et requiratis, quos etiam Nos praesentibus monemus et requirimus ut intra Sex dies Nostram huiusmodi Monitionem proxime et immediate Sequen. quos Ipsis pro omnibus dilationibus terminoq. peremptorio, ac trina Canonica monitione praefigimus et assignamus Suprascriptum Actorem Institutum Nostrum in realem Actualem et corporalem eiusmodi Mansionariae, ipsiusq. omnium Iurium et pertinentiarum ponant et recipiant, ac introducant, de Iuribus fructibus prouentibus ac omnibus emolumentis respondeant, Decretoq. Nostro die hodierna lato in toto pareant. Alioquin Sin secus fecerint et huic nostrae monitioni contumaciter parere neglexerint, extunc Nos Ipsos, prout exnunc et contra lapso Suprascripto Sex dierum Spatio ab intimatione praesentium computan. Christi Nomine inuocato excommunicamus per praesen. quos etiam Vos Suprascripti Executores sic ut praemittitur per Nos Excommunicatos Vestris in Ecclesiis Singulis Diebus Dominicis vel Festis coram Populo ad Diuina audien. congregato publicè ex Ambona denuntietis publicariq. et denuntiari curetis, praemissa tamdiu exequen. donec aliud a Nobis habueritis in mandatis. In quorum fidem Datt Cracouiae in Palatio Nostro Episcopali Die Veneris Vigesima tertia Mensis Mai Anno Domini 1698uo Nostro Sub Sigillo. Locus X. Sigilli. Ludouicus Wolowic Publicus et Actorum Conrii Suae Illustrissimae Celsitudinis Notarius. Executionis Verò a tergo connotatae tenor Sequitur talis. Anno quo intrò die verò tri-

gesima

gesima Mensis Mai. Ego Simon Folatkiewicz M. Ord. Diaconus personaliter accedens Adm Reuerendum Paulum Bielak Seniorem, RR. Casimirum Wodecki Thomam Kaniewski Matthiam Wodecki Mansionarios Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. B.M.V. omnibus Literas Executoriales praesens ad manus proprias reddidi, intimaui, post meridiem hora secunda, et quae intro mandantur fideliter executus sum, idem qui supra.

Sub Eodem Actu.

Constitutio Procuratorum per Eundem.

Coram Officio et Actis praesentibus Conrti Sandomirien. personaliter constitutus Rndus Casimirus Pawlocki ad Mansionariam Sandomirien. institutus Principalis omnibus melioribus modis in suos Procuratores et Mandatarios videlicet Me infrascrum Notarium et Reuerendos Laurentium Podgayski Vicecustodem, Albertum Koszycki Vicarium Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. elegit ac solenniter ordinauit, ad Constituen. Nomine ac pro eo ipso exhibitis Literis inuestituraeque ad Mansionariam se seruatis seruan. introduci petens possessionem eiusmodi Mansionariae realem, actualem, capien. apprehenden. et alia omnia iuxta obloquentiam Literarum Institutionis exequen. contra contumaces viâ ordinariâ proceden. protestan. aliàs in forma plenissima. Actum Praesen. Me Valentino ut supra.

Decima quarta Junii. 1698.

Quietatio DD. Executorum Rolim Pankowic per RR. Vicarios Collegiatae Sandomiriensis.

Coram Officio et Actis praesen. Conrii Sandomirien. personaliter constituti Rndi Martinus Zapczenski Philosophiae Doctor Commendarius Gorzyden. Vicepraepositus Laurentius Podgayski Vicecustos, Adalbertus Nicolaus Koszycki Vicarius et Procurator suo totiusque Communitatis RR. Vicariorum Ecclesiae Collegiatae Sandomiriensis nomine, Principales palam sponte liberè ac per expressum verbisque disertis recognouerunt. Quia Ipsi summam mille florenorum Polonicalium testamento Reuerendi olim Ioannis Pankowic Vicarij Fundi Dwiekoska eiusdem Collegiatae Sandomiriensis praedictae Communitati modo in eodem Testamento descripto legatam et assignatam de manibus Reuerendorum Valentini Rudzki Vicarij Casimiri Wodecki Mansionarii dicti Testamenti Executorum receperunt et realiter ac effectiuè numerauerunt, ac de eiusmodi receptione dictos Dominos Executores quietauerunt praesenti quietatione ad praemissa mediante. Actum Praesente Me Valentino Casimiro Piotrowicz Publico Sacra Authoritate Apostolica et Actorum Consistorij Sandomirien. Notario.

Sub Eodem Actu.

Protestatio Reuerendi Pawolocki contra Mansionarios

Coram Officio et actis presen Cōrii Sandomirien personaliter constituto Reuerendus Casimirus Pawolocki Presbyter ad mansionariam Sandomirien Institutus Principalis Omni meliori modo contra Reuerendos Paulum Birlak Precentorem Thomam Zaniewski Mansionarium Sandomirien totamq; Mansionariorum Sandomirien communitatem Solenniter protestatus est de et super eo Quia licet Ipsi circa iteratam requisitionem de paritione Decreto Institutionis Sui Protestan die vigesima tertia mai Anno Curren lata ex parte Eiusdem Protestan factam eundem Protestan ad aduentum Reuerendi Casimiri Wodecki Mansionarii protunc absen Suspendentes leq; Protestante nullâ habitâ aliâ ratione tantum modo in absentia dicti Reuerendi Wodecki Protestan inducere non posse (cum tamen tres Capitulum constituere possint) allegauerint, Eidem Protestan per octo dies Sandomiriæ proprio Sumptu in tanta rerum omnium caritate declarationem finalem expectare mandauerint, nihilominq; elapsis plusquam octo diebus loco declarationis alicuius aut introductionis appromissæ intra idem temporis Spatium remedia Iuris ex Kuptiatura cum prorogatione Subleuationis adiuncta dies procurauerint, taliterq; cum Ipso tenere et subdole egerunt, eundemq; Protestan forte ad faciliorem remedio rum modo premisso expoliato rum executionem cum Summo tamen Eiusdem Protestan praiudicio detinuerunt, hoc Suo progressu eluserunt, et in damna non modica induxerunt, ratione quorum omnium et singulorum premissorum ite rum atq; ite rus protestatus est. Actum Presen Reuerendo Constantino Lopocki Sencionatore Tarlouien Sto Collegiatæ Valentino ut supra.

Decima Sexta Junii. 1698.

Protestatio R. Wodecki contra Mansionarios et attestatio Super habilitate Reuerendi Pawolocki.

Coram Officio et actis presen Cōrii Sandomirien personaliter constituto Reuerendo Casimiro Wodecki Mansionario Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien Seniori Inter Principalis palam Sponte liberè verbisq; diserte ac per expressum recognouit Quod Ipse prout Reuerendum Casimirum Pawolocki Presbyterum ad mansionariam Sandomirien per Venerabile Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien præsentati post expletam trium Septimanarum probam, iuxta Statuta Communitatis Suæ prærequisitam, admissa et officia Sua domus, tum de Sufficientia et Scientia cantûs habilem et idoneum Capitulariter censuit, et adinuenit, Ipsiq; in extraditionem testimonii in ordine ad Instituendum necessariam consensit, ita et et nunc Eidem Authoritate Ordinaria Institutio introductionem non contradicit, quam Introductionem Reuerendi Confratris nullâ habitâ legali ratione, sed ut præsumitur temere, et ab metum Vanum impediunt, contra quos

Confratres

Confratres et Signanter Praecentorem Mansionariae Sandomirien ratione huiusmodi reniten-
tiae protestatus est, Seq in prosecutionem appellationis a Decreto Institutt dicti Reuerendi
Pawolocki Sub die Vigesima tertia Mai, Anno Curren in Iudicio Ordinario lato, uti non
grauaminoso, et non praeiudicioso, Sed Statuto domus Suae conformi, (ex quo Reuerendus
Pawolocki Sic per legitimos collatus praesentatt, et probam trium Septimanarum Vigore Sta-
tutorum necessariam absoluerit, Sufficientiamq ac Scientiam cantûs habuerit) interpositae con-
sensum non praebuisse, nec praebere posse bonâ fide declarauit, huicq litigio renuntiauit, hanc-
que recognitionem protestationis et declarationem ac renuntiationem Actis praesen Solenniter
inscribi pettit, quod inquantum de Iure obtinuit. Actum Praesen Reuerendo Francisco
Slupecki m. Ord. Diacono Meq Valentino ut Supra.

Sub Eodem Actu.

R. Strucki Parochus Strzyzouicensis contra Generosum Pozowski.

Coram Illustri et Admodum Reuerendo Domino Andrea Brolnicki Canonico et
Iudice Surrogato Sandomirien Eiusq Iudicio personaliter comparens Admodum
Reuerendus Hyacinthus Strucki Parochus in Strzyzowice Principalis Actor in termi-
no hodierno ex Citatione literali, prouenien accusauit contumaciam Generosi Ioannis
Pozowski Praedii Tęcza Possessoris citati pro die et termino hodierno, et non comparentis,
ac in Eius contumaciam Decretum Iudicii praesen in causa occasione Decimae manipula-
ris post praedium Tęcza dicti Sub die Lunae quinta Mai Anno Curren ex controuersijs
abutrinq factt definitiue latum, debitae Executioni demandari, Literasq Executoriales
in forma Solita extraden esse decerni, debita cum instantia postulauit. Et illustris ac Ad-
modum Reuerendus Dominus Iudex Surrogatus Supramemoratus memoratum Generosum
Pozowski Citatum, et nec per Se nec per Suum Mandatarium compareq diutius ultra horam Soli-
tae audientiae Causarum expectatt contumacem reputauit, et in Eius contumaciam allegatum De-
cretum ratione Decimae Manipularis Seu Solutionis pretii acceptatt et approbati debitae Exe-
cutioni demandauit, Literasq Executoriales cum Spatio quindecem dierum relaxauit. Praesen
Illustri et Admodum Reuerendo Casimiro Rzeczka Canonico Sandomirien Decano Zaui-
chosten Parocho Lassocinen Meq Valentino ut Supra.

Martis Decima Septima Iunii.

Constitutio Procuratorum per Illustrem Dąmbski Praepositum in Czyzow

Coram Officio et Actis praesen Conrii Sandomirien personaliter constitutus Illustris et
Admodum Reuerendus Dominus Albertus Dąmbski Canonicus Cracouiensis
Ecclesiae Parochialis Czyzouien Praepositus Principalis omni meliori modo in Suos Veros

legitimos Procuratores videlicet Excellentem Franciscum Budziszewski Ioannem Filipkowicz absentes tanquam praesen in Solidum fecit, constituit, elegit, ac Solenniter ordinauit, prout facit, constituit, eligit, ac Solenniter ordinat. Ad Eiusdem Constituen Nomine ac pro eo ipso in omnibus et Singulis causis Signanter in causa Sibi Constituen ex Actoratu Executorum testamenti Admodum Reuerendi olim Iacobi Pawlicki Praepositi Czyzouien occasione non Solutionis Anni Gratiae quasi Eundem Reuerendum Pawlicki concernen tum denegatae extraditionis frumenti et aliorum derelictae in Iudicio Consistoriali Sandomirien intentatae motae ac decisa, tandem via Appellationis a Decreto in eadem causa Sub die Decima quarta Aprilis Anno Curren latae interpositae ad Iudicium Ordinarium Cracouien deuolutae coram eodem Iudicio Ordinario comparen appellationem interpositam admitti, beneq appellatae male vindicatae pronuntiari, Decretum in fauorem et pro parte Sui Constituen ferri petendum a contrario ad quem de Iure appellan appellationemq prosequen aliaq omnia et Singula pro causa termini fori exigentia Iuris vel facti remedia dicen facien geren procuran exercendum expedien et exequen, quae Ipsemet Constituens faceret, diceret, gereret, procuraret, exerceret, expediret, et exequeretur, Si praemissis praesens interesset, etiamsi talia essent, quae magis Speciale vel generale requirerent mandatum, quam praesen est expressum. Dans et concedens facultatem vnum vel plures Procuratorem vel Procuratores in locum Suum cum Simili vel limitata potestate Substituen. Promittens &c. Releuans &c. omni &c. Actum Praesen Venerabili Francisco Slupecki M. Ordinum Diacono Meq Valentino Casimiro Piotrowicz Publico Sacra Authoritate Apostolica et Actorum Consistorii Sandomirien Notario.

Vigesima prima Iunii. 1698.

Testimonium contra Mansionarios contumaces.

Coram Officio et Actis praesen Conrii Sandomirien personaliter constituti Reuerendi Laurentius Podgayski Vicecustos et Sacristianus, Matthaeus Turowinski Albertus Koszycki Vicarii Ecclesiae Collegiatae Sandomirien ad Instantiam Reuerendi Casimiri Pawolicki Presbyteri ad Mansionariam Sandomirien Instituti requisiti et inducti per expressum verbo Sacerdotali ac bonâ fide recognouerunt, hocq fidele veritatis testimonium, tanquam oculati Testes deposuerunt. Quod Reuerendi Mansionarii Ecclesiae Collegiatae Sandomirien post intimatae Sibi Copias Literarum Executorialium ex Cancellaria Officii Ordinarii Episcopalis Cracouien median Decreto Sub die vigesima tertia Mensis Mai Anno Curren Emanatae post elapsum Sex dierum Spatium, in iisdem Executorialibus praefixum Sine Scrupulo et remorsu Conscientiae Suae, tremendum missae Sacrificium celebrauerunt, hactenusq Sine omni interruptione celebrant, quod testimonium manibus propriis Subscripserunt, idemq Si oportuerit Se corporali iuramento comprobaturos declarauerunt. Actum Praesente Me. Valentino Casimiro Piotrowicz Publico Sacra Authoritate Apostolica et Actorum Consistorii Sandomirien Notario. Laurentius Podgayski Vicecustos Ecclesiae Collegiatae Sandomirien Albertus Koszycki Vi-

carius

carius Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. Matthaeus Turowinski Vicarius Ecclesiae Collegiatae B. M. V. Sandomirien.

Tertia Julii.

Constitutio Procuratorum per R. Stęgowski.

Coram Officio et Actis praesen. Conrii Sandomirien. personaliter constitutus Admodum Reuerendus Stephanus Stęgowski Parochus Szczeglicen. Principalis omni meliori modo in suos veros legitimos, ac indubitatos Procuratores videlicet Excellentes DD. Franciscum Budziszewski Juris vtriusque Licentiatum Adalbertum Krzyzanski Publicos Notarios, absen. tanquam praesen. ambos et quemlibet eorum in solidum fecit, constituit, elegit, ac solenniter ordinauit. Ad eiusdem Constituen. nomine ac pro eo ipso in omnibus et singulis causis occasione quarumuis rerum, iniuriarum, praetensionum, et signanter Decimarum ad suam Ecclesiam spectan. tam ex Actoratu quam reatu inciden. coram quocunque Judicio et Subsellio fori spiritualis et Jurisdictionis Ecclesiasticae comparen. causas promouen. defenden. agen. terminan. Decimam post agros tam praediales quam Cmethonales Villae Domaradzice prouenien. etiam praeuio corporali iuramento liquidan. terminos tam accidentales quam substantiales obseruan. Juramenta quaeuis de Jure tamen licita et honesta in Animam sui Constituen. praestan. et per partem aduersam praestari urgen. Decreta fauorabilia ferri peten. a Contrarijs ad quem de Jure verbo vel in Scriptis appellan. appellationemque prosequen. aliaque pro Causa fori termini exigentia Juris vel facti remedia dicen. facien. geren. procuran. et exequen. quae ipsemet Constituens faceret, diceret, gereret, procuraret et exequeretur. Si praemissis praesens interesset, cum facultate unum vel plures mandatarium vel mandatarios in locum suum substituen. alias in forma mandati Procuratorij constitutiui latissima. Promittens. Releuans. Actum Praesente Me Valentino ut supra.

Lunae Septima Julii 1698

Relatio Executi Literarum Cridae per R. Dachowicz.

Coram Officio et Actis praesen. Conrii Sandomirien. personaliter constitutus Reuerendus Joannes Dachowicz Ecclesiae Parochialis Sandomirien. Praebendarius et Vicarius Principalis palam ac per expressum recognouit, et bona fide retulit. Quia Ipse a Reuerendo Casimiro Wodecki Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. Mansionario, et ad Ecclesiam Hospitalem Casimiriensem praesentato ad exequen. Lras Cridae ad viden. et audien. eundem Reuerendum Wodecki ad dictam Ecclesiam Casimirien. instituit, ex Cancellaria Officii Ordinarii Episcopalis Cracouien. sub die Septima Mensis Junii Anno Curren. extraditis et legitime expeditis requisitus existens in persona sua ad locum loci videlicet ad Oppidum Kazimiers dictum descen. derit, et ibidem Copias dictarum Literarum Cridae valuis Ecclesiae Casimirien. sexta praesen. affixerit, affigique curauerit, ac instrumentum originale authenticum earundem Literarum exhibuerit, et praesentauerit, ex ambonaque publicare in conspectu Oppidanorum et aliorum quidem plu-

Dimodum Hominum ad Diuina audien congregatt voluerit. Nihilominꝰ Reuerendꝰ Andreas Leszkowski Commendatꝰ, Ioannes Glowacki, Josephꝰ Angeli Praesbꝰ et Vicarii Ecclesiæ Casimirien non Veriti penas in praescripta Constitutionum Prouincialiꝫ Sat Seuerè sanctas se recognoscen ut supra dicit Literas ad sedem Legitimum Executorem ad publicare volen impedire ladere contemptuare copias Valuis Ecclesiæ affixas dilacerare Authenticum autem Instrumentum literarum præfatarum in vilipensionem Authoritatis Ordinariæ manibꝰ recognoscen violenter surripere ausi sunt ac præsumpserunt. Quare recognoscen præcauen cuius indemnitati hanc ad omnem meliorem finem et effectum fidelem fecit relationem, et interposuit Manifestationem ratione premissorꝫ. Actum Prasen Me Valentino Casimiro Rotrowicz Aplico et actorꝫ Consistorii Sandomirien Notario.

Mercurii Nona Mensis Julii.

Quietatio R. Leszkowski per R. Grzybowski ratione Beneficii in Grzesnia.

Coram Officio et Actis Sen Consrii Sandomirien personaliter constitutꝰ Admodum Reuerendꝰ Christophorꝰ Grzybowski Philosophiæ Doctor Ecclesiarum Parochialium in Wielowies et Grzesnia Parochꝰ Principalis omni meliori modo palam ac per expressum libere recognouit. Quia Ipse post obtentam reintegrationem in possessionem Beneficii Grzesnen curato Beneficio Wielowiesnen initi seu incorporati iure subsecutꝰ vigore Decretorꝫ Illustrissimæ Nuntiaturæ Apostolicæ et Sacræ plenæ Signaturæ Justitiæ Apostolicæ et acceptum pro damnis et litis expensis ac restitutione prouentuum eidem Beneficii Grzesnen tempore vsurpatæ possessionis per præfatum Admodum Reuerendum Casimirum Leszkowski Parochum in Borowa et Ranizow percepti tum pro compensatione laboriosis Casimiro et Joanni Smielom Thomæ Kaczorek per aperitas contusulnerationes seu aliàs quomodolibet illatis per exolutionem Summæ mille quingentæ florenorum Polonicalium curren in Regno monetæ in parata pecunia enumeratæ ultra Summam trecentorum florenorum in anteriori complanatione de actu die Mercurii Vigesima Septima Martii Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Septimo facta apud Detentores reditum Ecclesiæ Grzesnen ceu effectiuam Satisfactionem non recedendo quidquam ab iisdem Decretis Illmæ Nuntiaturæ Apostolicæ et plenæ Signaturæ Justitiæ Apostolicæ et mandatis de manutenendo expiando controuersijs in Nuntiatura obtentis tum a processus continuatione in eodem Sacro Tribunali Illmæ Nuntiaturæ Aplicæ dum et quando aliqua molestatio ulterior a quopiam obuenerit eundem Admodum Reuerendum Casimirum Leszkowski in Borowa et Ranizow Parochum quietauit, liberumq. fecit et pronuntiauit, ac in absolutionem a censuris si et ingressum opus fuerit illi vel aliàs ad cautelam consensit, hac sua officiosa recognitione et quietatione ad præmissa mediante. Actum Prasen R. R. Valentino Rudzki Adalberto Lesyński Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien Vicarijs et Procuratore Meo Valentino Casimiro Rotrowicz

Apostolico

Apostolico et Actorum Consist. Sandomirien. Notario. Christophoro Joanne Grzybowski Philosophiæ Doctore Plebano Ecclesiarum Parochialium in Wielowies et Trzesnia

Decima Quinta Julii. 1698.

Appellatio R. Parochi in Gierczyce in causa ratione Decimæ inibidem.

Coram Officio et Actis præsen. Consist. Sandomirien. personaliter constituto Admodum Reverendo Stanislao Stępnicki Parocho Gierczycen. Principalis habita prima notitia cuiusdam Decreti in causa et actione iudiciaria inter Perillustrem et Admodum Reverendum Josephum Rembocki Canonicum Leopolien. Præpositum Mielecen. Actorem ex una, et Se Protestan. partibus ex altera ratione Decimæ Prædialis Gierczycen. coram Judicio Ordinario Sandomirien. prolatæ in sui contumaciam, ab eodem seu ab iisdem quibuscunq. Decretis ultra gravamen intolerabile inferen. ad Eminentissimum Illustrissimum ac Reverendum Dominum Michaelem Radzieiowski S.R.E. Cardinalem Archiepiscopum Gnesnen. Primatem Regni Ipsius Metropolitanum Dedem appellauit offerens Se præmisso modo interpositam appellationem omnimode prosecuturum. Actum Præsen. me Valentino ut supra.

Vigesima Quarta Augusti. 1698

Constitutio Procuratorum per D. Hadziewicz occasione Decimæ post Scultetiam in Gorzyce.

Coram Officio et Actis præsen. Consist. Sandomirien. personaliter constituto Generosus Dominus Petry in Pniow Hadziewicz Dapifer Czerniechowien. Advocatiæ seu Scultetiæ in Villa Gorzyce Sit. Possessor Principalis omni meliori modo in Suos veros legitimos ac indubitatos Procuratores ac Mandatarios, videlicet Nobiles Michaelem Olszowski et Stanislaum Motkowski cum omnibus ratihabitionis relevationis clausulis, facultatem unum vel plures Procuratorem vel Procuratores in locum Suum cum simili facultate seu potestate substituendi fecit, constituit, ac solenniter ordinauit. Ad eosdem Constituendum nomine ac pro eo Ipso in omnibus et singulis causis Signanter in causa occasione Decimæ post Scultetiam seu Advocatiam Gorzycen. proueniendi Sibi Constituendi ex Actoratu Admodum Reverendi Martini Zapczenski Parochi Gorzycen. intentatæ coram Judicio Consistoriali Sandomirien. comparendi causas et causam tuendi defendendi terminos tam substantiales quam accidentales observandi. Decreta pro parte constituendi ferri petendi aliaq. pro causæ exigentia Juris vel facti remedia dicendi, gerendi et exequendi alias in forma Mandati Procuratorii constituti plenissima et perfectissima. Actum Præsente me Valentino Casimiro Rostrowicz Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien. Vicedecano Apostolico et Actorum Consistorii Sandomirien. Notario.

Vigesima Sexta Augusti.

R. Parochus in Oppido Ignikow contra Oppidanos inibidem ratione Decimæ.

Coram Illustri et Admodum Reuerendo Dno. Andrea Brolnicki Canonico et Iudice Surrogato Sandomirien. ac in Eius publica Causarum audientia personaliter comparens Admodum Reuerendus Christophorus Frazynski Parochus in Oppido Ignikow Principalis Actor in termino hodierno ex Literis Citationis una cum Sublevatione prouenien. contra infrascriptos citatos verbo proposuit. Quia Ipsi Decimam Manipularem omnis grani et Seminis etiam ex hortis et araturis Domibus Ipsorum contiguis prouenien. et ad Se Actorem Suamq. Ecclesiam Parochialem in Ignikow de Iure et antiqua ac immediata possessione, ita prout et ex aliis agris Vniuersis Oppidi Ignikow spectan. extradere nolunt, facien. in graue damnum et præiudicium Sui Actoris Eiusq. Ecclesiæ Ipsis igitur ad extraditionem Eiusmodi Decimæ etiam ex Hortis Actori præstan. iure mediante Stringi, ac compelli, in damnisq. et litis expensis condemnari petiit. Præsen. Famatis Andrea Sukiennik Stanislao Swiderski Alberto Strzeszkowicz Laurentio Kasubski Consulibus et Oppidanis Suis totiusq. Communitatis Oppidi Ignikow et Kusawicensis Incolarum nominibus comparen. Se ex Hortis penes Suas domus existen. Decimam nunquam extradidisse, proinde non debere extradere allegan. et Se liberos ab huiusmodi impetione petien. Illustris et Admodum Reuerendus Dominus Canonicus et Iudex Surrogatus Sandomirien. Supramemoratus inhæren. Erectioni Iuriq. communi Actoris Ecclesiæ Seruien. ac consuetudini legitime ubiq. introductæ, quod ubi conseminatur et aratur, ibi decimatur, quatenus citati omnes et Singuli Decimam Manipularem ex omnibus agris et hortis, ac fundis, etiam domibus Ipsorum contiguis Actori Ipsiusq. Ecclesiæ cuiuscunq. grani et Seminis Semper extradant decreuit, præfatosq. Citatos ratione contrauentionis Inhibitioni ab Officio præsenti emanatæ ad Solutionem decem marcarum ad manus Actoris reponen. condemnauit, ad quem effectum Literas Executoriales relaxauit, a quo Decreto pars Citata appellauit, ad quem de Iure. Actum Præsente me Valentino ut Supra.

Mercurii Vigesima 7ma Augusti.

Protestatio H. Zarebkowiczowa contra Adm. R. Wilamowicz Præpositum in Klimontow

Coram Officio et Actis præsen. Contrii Sandomirien. personaliter constituta Honorata Helena Honorati Stanislai Zarebkowicz Oppidani Climontouien. consors in assistentia eiusdem Mariti Sui Solenniter et graui cum querela in et contra Admodum Reuerendum Andream Wilamowicz Præpositum Climontouien. protestata est de et Super eo. Quia Ipse oblitus timoris Dei charitatisq. proximi Se Protestan-

tem

tem ad residentiam Suam Prapositiuralem inuitat' nulla habita tuita pretensione, sed ut presumitur temere quadam excandescens iracundia pregrandiori baculo concutere conuerberare, et conuulnerare ausus est et presumpsit. Et in continenti eadem Protestans in Verificationem p̃missorum obduxit infradescriptas concussiones et Vulnera, primo in Vertice capitis Vulng latum et oblongum Subsanat. Item in manu dextra Supra ulnam duo Signa notabilia enormiter liuida et tumida. Item Sinistrae manûs ulnam et iuncturas liuidine diffusas. Item Supra pectus ictus similiter liuidas, item Syndonem pluuimo respersam Sanguine commonstrauit, et alios corporis artus, quos Verecundia videre non permisit Summopere concussos esse asseruit, quam Protestationem et obductionem Actis presen inseri et ingrossari postulauit, quod in quantum de Iure obtinuit. Omni &c. offerens se ratione premissorum cum eodem Admodum Reuerendo Praposito Iure actuam tempore et loco opportunis. Actum Presen Nobilibg Simone Zeskiewicz Martino Lempicki Stanislao Stachurski Theg Valentino Ut Supra.

Tertia Septembris. 1698.

Protestatio H. Prazynski contra A. R. Wilamowicz

Coram Officio et Actis presen Conrii Sandomirien personaliter constituto Honorato Stanislag Prazynski Oppidang Simontouien Solenniter et graui cum querela in et contra Admodum Reuerendum Andream Wilamowicz Eccles. Simontouien. Prapositum Protestatus est de et Super eo. Quia Ipse immemor Status Sui Sacerdotalis et charitatis proximi oblitus, nullâ habitâ ratione Protestan in proprio horreo existen aggredi, et primò Ancillam Sui Protestan acriùs concutere et conuerberare, tandem Ipsum Protestan ausum Protestati Verbis mitibg et humilibg mitigan durius conuerberare concussionesq; liuidas infligere ausus est, ac presumpsit. Verifican premissa idem Protestans in continenti infradescriptos presentauit et obduxit ictus, videlicet concussionem notabilem liuidam in Scapula Sinistrae manûs et per eandem manum Signa enormi liuidine diffusa et tumida commonstrauit, quam Protestationem et obductionem ob meliorem finem et effectum Actis Ipsen inseri petijt et ingrossari, quod in quantum de Iure obtinuit. Saluo &c. Omni &c. Actum Presen Ut Valentino Ut Supra.

Vndecima Septembris.

Submissio de Parendo Decreto Institutionis R. Parochi per Mansionarios.

Coram Officio et Actis presen Conrii Sandomirien personaliter constituti. Reuerendi Pauli Bielak Precentor Thomas Zaniewski Mansionarii Suis tohiusq; communitatis Mansionariorum Sandomirien Nominibg Principales palam Sponte libe-

rè, ac per expressum recognouerunt. Quia Ipsi Decreto Iudicii Ordinarii Episcopalis Cracouien in causa Institutionis Reuerendi Casimiri Pawołocki ad Mansionariam recognoscen intentata ac decisa via appellationis ad Tribunal Illmi & Nuntiaturæ Apostolicæ deuoluta, ac demum ad Iudicem a quo remissa lat in omnibus punctis parebunt, ab appellationeq a Decreto remissionis ad Curiam Romanam interposita recedunt. Actum Præsen me Valentino Casimiro Piotrowicz Ecclesiæ Collegiatæ Vicedecano Publico et Actorum Conrii Sandomirien Notario. Paulus Bielak Præsentor Mansionariorum Sandomirien Suo et Communitatis nomine Thomas Kaniewski

Veneris Duodecima Septembris 1698.

Decimarum post Aduocatiam in Gorzyce.

quidem vadio Seu vadiis praefatis Seorsivis et Specialibus taliter ad Solven Succubitis, ac re aliqua principali ex praemissis non completa complen, nihilominus Citatus existens memoratus Recognoscens Mgcus Andreas de Skrzynno Dunin Karwicki Actorum psen Notarius, Sive Ipsius Successores Bonorumq praefatorum Slupcza Summa praefata capitali et Censu oneratorum Haeredes et pro tempore existen Possessores citati. Ad instantiam praenominati Admodum Rndi Senioris, totiusq Communitatis Rndorum Psalteristarum Sandomirien nunc et pro tempore existen ad Officium praesens Castrense Capitaneale Sandomirien extunc recessu Suprascripto, quo ad respondendum et Inscriptioni praesen in toto Satisfacien median in primo Citationis termino tanquam peremptorio Stare, parere, respondere, pro vadioq praefato, Seu vadiis Seorsivis et Specialibus taliter ad Solvendum Succubitis, ac re ipsa principali, pro qua ex praemissis, non completa complen tamen citabitur, Satisfacere debebit et tenebitur, Seq ac Suos posteros, Bonorumq praefatorum Haeredes, et quosvis pro tempore existentes Possessores obligat, ipsum primum peremptorium terminum, et alios omnes consequen causae Eiusdem terminos Semper peremptorios, vera infirmitate pro majori minorennitate Successorum, legatione intra vexta Regnum, Servitio militari, ac ad munimenta, vel aliis quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non differen ad quietationem ultra proximos Officii psen Castrensis Capitanealis Sandomirien terminos dilationem Sibi non recipien, nullasq motiones, appellationes, ac earum prosecutiones facien, tum praemissa omnia poenis Simplicibus vel triplicatis evasionibus fataliis, Iuris praescriptione terrestri, bello, conventioneq, ac aliis quibusvis Iuris remediis et defensis non Subterfugien recognitione psen ad praemissa omnia et Singula accedente. Actum

in Cro

in Castro Sandomirien feria tertia ipso die Festi Conversionis Sancti Pauli Apostoli, Anno Domini 1701mo. Correxit Malecki mp. Gaspar Theodorus a Siemianow Siemianowski Vexillifer Palatinatus, Vicecapitaneus et Judex Castren Sandomirien mppa. Locus X Sigilli. Alterius verò Inscriptionis tenor talis Actum Sandomiriæ feria tertia ante Festum Sancti Lucæ Evangelistæ proxima, Die nona mensis Octobris. Anno Domini 1691mo. Comparens personaliter coram officio et Actis præsen Advocatialibus et Scabinalibus Sandomirien Perillustris et Admodum Reverendus Stanislaus Vminski Canonicus et Parochus Sandomirien Samborzecen I. V. D. Sanus mente et corpore existens non compulsus nec coactus, aut aliquo quopiam devio errore circumventus, imò matura Sua præhabita deliberatione, receden a Foro, Jure Jurisdictioneq Sua propria et competen, Se verò cum Successoribus ac Bonis Suis personaliter omnibus, penes Civitatem Sandomirien existen, quò ad hunc Solum modò Actum attinet Hæredibus et quibusvis Possessoribus plenariè incorporan et Subjicien Sponte palam, liberè ac per expressum recognovit, præsenq recognoscit. Quia Ipse Bona Sua propria et Hæreditaria videlicet Sexdecem Stadia Agri Borkowskie dictt in Prædiis Civilibus Sandomirien Chwalki dictt, et Se a via publica quæ ducit in Oppidum Zawichost inchoan et usq ad viam alteram publicam quæ ducit in Villam Gory determinan inter Bona ex una parte Honesti Jacobi Gurbinski Civis Sandomirien atq ex altera parte infrascriptorum Emptorum Admodum Reverendorum Psalteristarum Sandomirien Sitt et iacen munda et libera, neminiq pro quo Solenniter cavet obligatt, aut aliquibus oneribus innodata, cum omni Jure, Dominio, proprietate, hæreditate usufructu, ac Possessione. Eorundem Bonorum Seu Stadiorum Agri, ita latè, longe, circumferentialiterq prout præfata Bona Seu Stadia Agri in Suis metis et

limitibus se se continent et extenduntur, vero, puro, mero, iusto, perpe-
tuæ venditionis (atq; in vim fundationis) titulo, Admodum Reveren-
do in Christo Patri Alberto Koszycki Seniori Venerabilium Psalte-
ristarum Collegiatæ Bssimæ Mariæ virginis Sandomirien. totiq; Commu-
nitati eorundem Admodum Rndorum Psalteristarum Sandomirien.
eorumq; Successoribus pro Summa octingentorum florenorum Polonical.
monetæ et numeri in regno curren. florenum quemlibet grossis triginta
Polonicalibus computan. cum omni Iure Dominio, proprietate, propinqui-
tate, hæreditate, usu fructu, ac possessione, nihil ibidem amplius Iuris, Domi-
nii, proprietatis, propinquitatis, Hæreditatis, usus fructus, ac possessionis
pro se Suisq; Successoribus reservan. aut excipien. verum illud omne, ac
universum Ius et Dominium Suum in prænominatos Admodum Reveren-
dos Psalteristas Sandomirien. Emptores Suos transfunden. transferen.
et incorporan. ad haben. possiden. tenen. dandum, donan. vendendum,
ceden. alienan. resignan. in aliosq; usus beneplacitos Suos convertendum
vendidit in vim fundationis modo infrascripto donavit, inscripsit, prout
præsen. vendit, donat, et inscribit perpetuò ac in æuum. Recognoscens cla-
ris ac disertis verbis in pretio supra expresso præsen. venditorum
in vim Fundationis et Donationis Bonorum per eosdem Admodum
Reverendos Psalteristas Emptores Suos præstitam sibi modo infrascri-
pto. Et quidem quadringentos floren. Polonicales exnunc recepit.
quadringentos verò alteros florenos Polonical. idem Illustris et
Admodum Reverendus Stanislaus Vminski Canonicus et Parochus
Sandomirien. I. v. D. in vim piæ legationis seu Fundationis videli-
cet pro missis quatuor pro Animabus in Purgatorio existentibus
in Anno iuxta Seorsivam dispositionem, et uno Anniversario de-
cantan. celebrandis) esse Satisfactionem. De qua taliter præstita

Satisfactione

Satisfactione eosdem quietavit quietatq; praesen. In quae quidem Bona Seu Stadia Agri idem Recognoscens venditor praefatis Emptoribus et Donatariis Suis dat et admittit realem intromissionem, cum actuali pacificaq; possessione quandocunq; voluerint, Sibi per Officium Suum Advocatiale et Scabinale Sandomirien conferri. Quam taliter Intromissionem admissam, tam per Se quam per Suas quasvis Submissas et Subordinatas Personas adimere et praepedire non tenebitur nec debebit, imò cavet ac Sese modis de Iure firmissimis, de et Super Bonis Suis nunc habitis videlicet Praediis Pieniąszkowskie, atq; altero Kondratowskie dictae, ac in posterum haben mobilibus et immobilibus, Summisq; pecuniariis generaliter omnibus inscribit, et obligat, quod eosdem Admodum Reverendos Psalteristas Emptores Suos et eorum Successores, Sit cum Suis Successoribus et Bonorum Suorum Haereditariorum Possessoribus, ab omni et qualibet quarumvis Personarum Status Sexus et conditionis existen impetitione praepedimentoq; toties, quoties opus fuerit, tuiturus, evicturus, eliberaturus indemnesq; omninò redditurus. Ad resignan autem Bona praefata in Personas, perpetuamq; haereditatem praefatorum Emptorum Idem Recognoscens, constituit ac Solenniter ordinat, in Suum verum ac legitimum Plenipoten Famatum Seniorem, aut ei proximè assiden Scabinum quemvis Sandomirien in proximo vel remotiori quovis Iudicio exposito, Bannito, Residen aut tum dum et quando eandem resignationem experiverint, habereq; ac obtinere voluerint, aliàs in forma venditionis, donationis, de Satisfactione quietationis, ac pro evictione Cautionis de Iure plenissima et perfectissima. Actis Advocatialibus et Scabinalibus Sandomirien emanatt. Stanislaus Gaiewicz Actorum Eorundem Iuratus Notarius. Locus X. Sigilli. Recognitionis per Reverendos Psalteristas factae tenor huiusmodi Sequitur. Anno Domini Millesimo Septingentesimo. Die vigesi:

ma quinta Mensis Martii. Coram officio et Actis praesen. Consistorii Sandomirien. personaliter constituti Reverendi Martinus Bielecki, Senior, Laurentius Obartowski, Sebastianus Michalski, Jacobus Orzechowski, Valentinus Digulski, Ignatius Słonecki Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. Psalteristae, Principales palam sponte, libere, verbisq. disertis recognoverunt. Quia Ipsi Summas binas, primam trecentorum floren. alteram mille ducentorum florenorum intuitu decantationis Suffragiorum post Litanias feriis Sextis et diebus Sabbathi in Collegiata Sandomirien. peragi solitt. alias ut in obligatione eorum continetur per Illustrem et admodum Reverendum Andream Brolnicki Canonicum et Judicem Surrogatum Sandomirien. fundatt. de manibus Eiusdem Illustris Dni Brolnicki levarunt, et in effectu numeraverunt, de receptioneq. reali dictarum Summarum praefatum Illustrem Dominum Brolnicki, quietarunt, prout quietant perpetuò ac in aevum; et quod pro prima Summa trecentorum floren. Agros Borkowskie nuncupatt. Suo praedio in Złotniki sitt. contiguos, emerunt, alteram verò Summam mille Ducentorum floren. in Censum Super Bonis villae Wilczyce Haereditatis Magnifici Domini Andreae Dunin Karwicki Notarii Castren. Sandomirien. prout Inscriptio in Castro Sandomirien. feria Secunda post Festum SS. Omnium in Anno 1699no facta obloquitur, locârunt, praesen. recognitione retulerunt. Actum Praesen. Me Valentino Piotrowicz Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. vicedecano Aplico et Actorum Consistorii Sandomirien. Notario. Secundae Recognitionis et obligationis per Reverendos Psalteristas factae, nexus Sequitur talis. Anno Domini Millesimo Septingentesimo primo. Die Vigesima Mensis Januarii. Coram Actis Consistorii

Sando

Sandomirien et Me infrascripto Notario personaliter constitutus Illris et Admodum Reverendus Dominus Andreas Brolnicki Canonicus Sandomirien Principalis palam Sponte liberè recognovit. Quia Ipse augendo fundationem Suam pro Suffragiis et Supplicationibus post Litanias feriis Sextis et diebus Sabbathi cuiuslibet hebdomadæ per Reverendos Psalteristas decantan ac eosdem Reverendos ultra priores eorum Submissiones, quatenus Singulis feriis Sextis prædictas Supplicationes unus illorum decantet, iam autem diebus Sabbathi trini Litaniis inserviant. ac per easdem ante expositionem venerabilis Sacramenti (quam expositionem per Indultum cum Indulgentiis perpetuis temporibus Sua opera procurare tenebuntur) flectant, et finitis Litaniis Supplicationes itidem decantent, obligando et iisdem Serio præmissa imponen ultra Summas binas primam mille Ducentorum floren Polonicalium, alterum trecentorum florenorum realiter levatæ et levatas Summam quingentorum florenorum ad complementum duorum millium florenorum, dictis Reverendis Psalteristis nunc et pro tempore existen in Bona munda et libera locan dedit, donavit et effectivè numeravit. Qui Reverendi Psalteristæ, videlicet Reverendi Jacobus Orzechowski Senior, Laurentius Obartowski, Martinus Bielecki, Sebastianus Michalski, Valentinus Digulski, Ignatius Słonecki, Suis totiusq Communitatis Suæ nominibus, Principales coram iisdem Actis personaliter constituti Fundationem præmissam, et obligationes impositas grato Animo acceptan per expressum liberè recognoverunt. Quia Ipsi Suffragia et Supplicationes ad mentem memorati Illustris Fundatoris Singulis feriis Sextis et diebus Sabbathi modo præmisso decantabunt, et præcipuè diebus Sabbathivis, Litaniis flexis genibus inservient trini, Indultum exponen venerabile, et Indulgentias procurabunt, Seq omnia et Singula in approbatione expressa et imposita perpetuis Annis expleturos diligenter et fideliter obligaverunt et Submiserunt psen recognitione ad præmissa median et manuum Suarum Subscriptione. Jacobus Orzechowski Se-

nior. Laurentius Obartowski, Martinus Bielecki, Sebastianus Michal-
ski, Valentinus Digulski. Ignatius Stonecki. Actum Praesen. Illri et
Admodum Reverendo Stephano Zuchowski Decano Koprzywnien.
Parocho Sandomirien. Samborzecen. Meq. Valentino Casimiro Piotrowicz
Publico Sacra Authoritate Apostolica et Actorum Conrii Sandomi-
rien. Notario. Literarum Cridae tenor sequitur talis. Casimi-
rus à Lubna Lubienski Suffraganeus Canonicus
Sede vacan. Epatus Cracovien. ac Ducatus Severien. Generalis Admini-
strator. Honoran. vitis vicarys Ecclesiarum quarumvis caeterisq. Presbris
quibusvis Clericis Ecclesiarum ministris, aliisq. legitimis Executi tenore prae-
sen. requiren. Salm. in Dns. Mandamus vobis in virtute Sanctae Obe-
dientiae et sub Excommunicationis poena, quatenus ad instantiam Illris
et Admodum Reverendi Domini Andreae Joannis Brolnicki Canoni-
ci et Judicis Surrogati Sandomirien. personaliter acceden. si commo-
de poteritis, aliàs per edictum publicum, aliquo die Dominico, vel festo
coram Populo ad Divina audien. congregato, publice ex ambona proponen.
omnes et singulos sua ex adverso, ius aliquod aut interesse, communiter
vel divisim, aut quomodolibet ad infrascripta se habere putan. et pretenden.
aut per affixionem valvis Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. publican.
Ipsos uno edicto pro tribus ac peremptorie citetis, quos etiam Nos psen.
citamus, ut coram Perillustri et Admodum Rndo Dno Raphaele Rosci-
cki J. V. D. Prothonotario Apostolico Archidiacono Sandomirien.
Praeposito Kielcen. Sandomiriae tertia die ab executione praesentium
Ipsa tunc Juridica existen. aliàs extunc proximè et immediatè sequen.
exclusa et non computata Vestrae Executionis die, hora audien. Causa-
rum fieri solita personaliter legitime ac peremptorie compareant.
Ad viden. et audien. Inscriptiones binas Censuum Annuorum re-
emptionalium, primam quidem centum novemdecem florenorum

Polonical.

Polonicalium pro Summa Capitali mille Septingentorum florenorum Polonicalium et Super Bonis villae Slupcza per Magnificum Andream de Skrzynno Dunin Karwicki Notarium Castrensem Sandomiriensem eorundem Bonorum Slupcza Haeredem Anno Currenti feria tertia ipso die Festi Conversionis Sancti Pauli in Cro Sandomiriensi inscriptum, alteram verò viginti unius florenorum Polonicalium pro Summa trecentorum florenorum in coemptionem Agrorum Borkowskie dictum, ad Praedium Zlotniki annexorum conversa iuxta Inscriptionem huiusmodi Agrorum, coram Actis Advocatialibus et Scabinalibus Sandomiriensibus Anno Dni 1691mo die nona mensis Octobris recognitum, idque pro fundatione Servitii ad Litanias, et decantationis Supplicationum, aliorumque in obligatione contentorum per Communitatem Reverendorum Psalteristarum Sandomiriensium absolvendum approbari, confirmari, ratificari, Decretum Approbationis desuper ferri, promulgari, dictum Censum et Agros memoratos libertati et immunitati Ecclesiasticae, atque Ecclesiae Collegiatae Sandomiriensis et Communitati Reverendorum Psalteristarum in perpetuum adscribi, applicari, incorporari, onera et obligationes intuitu praemissae Fundationis iuxta mentem Illustris et Admodum Reverendi Dni Brolnicki Canonici Sandomiriensis Supramemorati Fundatoris imponi, et ad explendum Sub onere Conscientiae obligari, Literasque obligationis in forma Solita extradendum decerni, ac easdem Actis Conrii Sandomiriensis Officialatûs inseri et ingrossari demandari. Caeteraque pro Causae eiusmodi exigentia Statui et pronuntiari, vel addicendum et allegandum Causas rationabiles et Iuridicas, cur praemissa fieri non debeant. Certificandum quod Sive in praefixo praesentium Literarum termino comparuerint, Sive non, nihilominus Suprascriptus Commissarius Noster ad ea, quae Iuris et iustitiae erunt, dante Domino procedet, absentia Sive contumacia Citatorum non obstante. Cui quidem Perillustri et Admodum Reverendo Domino Commissario Nostro praesentium plenariam damus et concedimus facultatem, quatenus in termino ex dispositio

neq[ue] legitimè inciden[tes] p[re]minentias Inscriptiones pro fundatione q[uo]ad
sa, alias ad mentem Fundatoris Servat[is] servan[do] Authoritate Ordina-
ria in omnibus punctis, clausulis, ligamentis et conditionibus univers[is]
approbet, confirmet, ratificet, eo[rum]dem et Agros Supra Script[as] immunitati et
libertati Ecclesiasticæ, atq[ue] Ecclesiæ Collegiatæ Sandomir[ien]si, ipsiusq[ue]
Communitati Reverendo[rum] Vicariorum nunc et pro tempore
existen[tium] in perpetuum adscribat, applicet, incorporet, onera et obligationes
intuitu q[uo]rumlibet Fundationis consentientibus iisdem Vicariis, et huiq.
modi onera liberè Suscipien[tes] perpetuis temporibus obeun[da] imponat,
et ad explen[da] sub onere Conscientiæ obliget et obstringat, alia quæ
pro causæ huiusmodi exigentia decernat et Statuat, Literasq[ue]
Approbationis et Confirmationis Sub titulo et Sigillo Suis propriis
extradat, atq[ue] easdem ad perpetuam rei memoriam Actis Consistorii Officia-
latus Sandomirien[sis] inseri et ingrossari demandet, eaq[ue] omnia quæ ratio
et Iustitia Suadebit, pronuntiet, contumacia Sive absentia citatorum in-
quo non obstan[te]. In quorum fidem Datum Sandomiriæ Die vigesima
sexta Mensis Ianuarii. Anno Domini 1701mo. Petrus Stanislaus
Bystowski Canonicus Cracovien[sis] Judex Surrogatus m[anu] p[ropria]. Locus ✠ Sigilli.
Executionis a tergo connotata tenor talis. Anno quo
intrò. Die verò vigesima Februarii. Ego Laurentius Fielinski Mino-
rum Ordinum Clericus intro contentarum Literarum Citat[oriarum] copias valvis
Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien[sis] affixi, et alia quæ intrò mandantur
fideliter executus Sum, de quo fidem facio. Idem qui Supra. Et Per
illustris ac Admodum Reverendus Dominus Judex
Commissarius Supra Script[us], auditis præmissis, visis Literis citat[oriis], debite
ut apparebat executis, et iudicialiter product[is], ante omnia interpellatos
quosvis iisdem Literis citat[oriis] citatos et non comparentes contumaces
prout meritò erant, Iustitia Suadente reputavit, et in eorum contu-

macian

maciam visis et lectis praeinsertis inscriptionibus Censuum annuorum reempti-
onalium iudicialiter reproductis, attenta etiam Submissione Reverendorum Psal-
teristarum Supradescriptorum, quam iudicialiter de explen. oneribus per se
et Suos Successores in perpetuum Subeun. fecerunt, quod videlicet Singu-
lis feriis Sextis in medio Ecclesiae ante Altare Crucis unus ex illis Super-
pelliceatus intonabit, Supplicationes in libello Seorsivo descriptas et de-
cantabit, idq. ad finem Litaniarum, quas cantu figurali absolvet Capel-
la Ecclesiae Collegiatae. Item Singulis diebus Sabbathivis iidem Reverendi
Psalteristae trini Superpelliceati flectent ante Altare maius per totas Li-
tanias per eandem Capellam Ecclesiae Collegiatae decantari Solitae, Sub quarum
Litaniarum decantatione exponent Sacratissimum Sacramentum, et ad
finem Litaniarum, Supplicationes ante idem Altare maius intonabunt, et
decantabunt, quibus finitis unus illorum idem venerabile pluviali in-
dutus in Ciborio asservabit. Item Indulgentias et facultatem exponen.
Sacratissimum Sacramentum diebus Sabbathivis decurso decennio pro aliis
Sequen. Decennis, perpetuis temporibus impetrabunt, easdem Inscriptiones
in omnibus et Singulis illarum punctis, clausulis, articulis, et conditioni-
bus universis, de Iure licitis et honestis Authoritate Ordinaria Sibi de-
legata approbavit, confirmavit, ratificavit, robur Authoritatis Ordina-
riae et perpetuae firmitatis, pariter et Decretum desuper apposuit, prae-
dictae Censum reemptionalem et Agros Borkowskie dictae libertati et im-
munitati Ecclesiasticae, atq. Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. ipsiusque
Communitati Reverendorum Psalteristarum nunc et pro tempore existen.
in perpetuum adscripsit, applicavit, incorporavit, inviscera vit, et ut Census
antedicti pro mensa communi Suprascriptae Communitati Reverendorum
Psalteristarum cedant, Statuit, onera et obligationes Supradescriptas,
ad quae Se iidem Reverendi Psalteristae iudicialiter Submiserunt, intui-
tu praemissorum Censuum annuorum imposuit, et ad explen. Sub onere
Conscientiae obligavit, sicq. perpetuis temporibus debere fieri et obser-

vari disposuit et ordinavit, omnes et singulos si qui in praemissis quomodo libet Juris vel facti intercesserunt defectus, supplevit et sanavit, literasque Approbationis et confirmationis, et alias desuper necessarias et opportunas in forma solita decrevit, et ad Acta perpetua Consistorii Officialatûs Sandomirien inseri et ingrossari demandavit, Decreto ad praemissa median. Actum et Datum in Domo residentiali Archidiaconatûs suprascripti Perillustris Domini Judicis Commissarii Praesen Illustribus et Admodum Reverendis Casimiro Francisco Rzeczka Canonico Sandomirien Decano Zavichosten Praeposito Tarlovien in Lassocin Stephano Zuchowski J. V. D. Decano Coprzywnicen Sandomirien Samborzecen Parochis Meq Valentino Casimiro Piotrowicz Ecclesiae Collegiatae Sandomirien Vicedecano Apostolico et Actorum Consistorii Sandomirien praemissaeq approbationis Notario Raphaël Roscicki Juris utriusq Doctor Prothonotarius Apostolicus, Archidiaconus Sandomirien Praepositus Kielcen Judex Commissarius Locus X. Sigilli Valentinus Casimirus Piotrowicz Apostolicus et Actorum Consistorii Sandomirien praesentiumq Notarius.

Sub Eodem Actu.

Constitutio Procuratorum per Reverendum Ribicki.

Coram Officio et Actis praesen Consistorii Sandomirien personaliter constitutus Reverendus Stanislaus Ribicki in Glintany Commendarius, Principalis omnibus melioribus, quibus melius, firmius, validius, ac efficacius, de Jure forma, via stulo

potuit

potuit ac debuit modis in Suos veros, legitimos ac indubitatos Procuratores et Mandatarios, videlicet Reverendum Jacobum Koszycki Instigatorem Officii, Nobilem Josephum Antonium Piotrowicz cum Solitis ratihabitionis et relevationis clausulis, facultateq́ unum vel plures Mandatarium vel Mandatarios in locum Suum cum Simili vel limitata potestate Substituen. eumq́ Sive Eos quoties visum, vel opus fuerit revocan. fecit, constituit, elegit, creavit, deputavit, ac Solenniter ordinavit; prout facit, constituit, eligit, creat, deputat, ac Solenniter ordinat. Ad Eiusdem Constituentis nomine ac pro Eo ipso in omnibus et Singulis Causis tam ex Actoratu quàm reatu, cum quibuscunq́ Personis cuiusmodi Status et conditionis existen. ratione quarumvis rerum, praetensionum et iniuriarum tam realium, quàm Personalium in Judicio Conriali Sandomirien. inciden. mot. ac moven. agitat. et agitan. comparen. easdemq́ Causas intentan. instituen. promoven. defenden. tuen. Decreta tam Interlocutoria quàm Definitiva pro parte et in favorem Sui Constituen. ferri et in Scriptis promulgari peten. a contrariis et gravaminosis, ad quem de Jure appellan. appellationes interpositas prosequen. aliaq́ pro causa alicuius exigentia Juris vel facti remedia necessaria et opportuna dicen. geren. facien. exercen. procuran. expedien. ac exequen. quae Ipsemet Constituens diceret, gereret, faceret, exerceret, procuraret, expediret ac exequeretur Si praemissis praesens interesset Pro-

mittens Se id totum quidquid per dictos Procuratores, dictos factum gestum, procuratum, expeditum, ac executum fuerit, ratum, gratum, firmum, perpetuò et in aeuum Valitudum, acceptudum. Actum Praesen. Me Valentino Casimiro Piotrowicz Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. Vicedecano Aplico et Actorum Conrii inibidem Notario.

Sub Eodem Actu.

Constitutio Procuratoris per Reuerendum Ambrosowicz Parochum in Prawno.

Coram Officio et Actis praesen. Conrii Sandomirien. personaliter constitutus Adm. Rndus Felicianus Ambrosowicz in Prawno Parochus Principalis omni meliori modo, in Suum Verum legitimum Procuratorem, Videlicet Nobilem Josephum Piotrowicz cum Solitis ratihabitionis et relevationis clausulis, facultateq. unum vel plures Mandatarium vel Mandatarios in locum Suum, cum Simili vel limitata potestate Substituen. fecit constituit, elegit, ac Solenniter ordinavit. Ad Eiusdem Constituen. Nomine ac pro eo Ipso in omnibus et Singulis causis in Judicio Consistoriali Sandomirien. inciden. mote, ac moven. comparendum, easdemq. Causas intentan. instituen. promoven. tuen. defenden. aliaq. pro Causae alicuius exigentia Juris vel facti remedia necessaria et opportuna, dicendum, facien. geren. exercendum procuran. expedien. ac exequen. quae Ipsemet Constituens diceret, gereret, exerceret, procuraret, expediret ac exequeretur, Si omissis praesens interesset, alias in forma mandati Procuratorii plenissima. Actum Praesen. ut Supra.

~~Fundatio~~
1701.
post — Ingrossatio

Fundatio Jurisdictionis. 1701.

Mercurii Secunda Mensis Martii.

Perillustris et Reuerendissimus Dominus Christophorus Stani:
slaus de Dembica Dembicki Juris Vtriusq Doctor Cracouiensis Sandomi
riensis Canonicus et Officialis Praepositus Stobnicen Sacrae Regiae Ma
iestatis Secretarius, in termino hodierno ex Literis Innotescenti
alibus valuis Ecclesiae Collatae Sandomirien affixione publicatae et debite
prout legitimi Executoris docuit relatio executi prouenien uigore
Specialium Facultatum ab Illustrissimo et Reuerendissimo Domino
Domino Casimiro a Lubna Lubienski Nominato Suffraganeo Canonico
Sede vacante Episcopatus Cracouien ac Ducatus Seuerien Generali
Administratore de data Cracouiae Sub die decima Mensis Decembr
anno Domini millmo Septingentmo in Personam Suam emanatae
in Contumaciam Omnium et Singulorum Literis Innotescentialibus
Citatorum et non Comparentium Interessatorum Jurisdictionem
Suam fundauit, Se Judicem Officialem Sandom pronuntiauit, Causas
Omnes et Singulas in Judicio Consistoriali Sandom uertentes et inde:
cisas in iis terminis in quibus steterunt indecisae reassumpsit, ulteri
orem processum in iisdem decreuit Judices Surrogatos uidelicet Illu:
strem ac Adm Reuerendum Andream Joannem Brolnicki Cancum
Sandomirien, quo impedito legalitate infirmitatis Illrem et Admodum
Rndum Casimirum Rzeczka Cancum Sandom Dec: Zauichosten Praeptum
Lassocinen et Tarlouien, me uero Valentinum Piotrowicz Apostoli
cum Notarium, Actuarium deputauit, Instigatorem officii Vblem
Jacobum Koszijcki M. O. C. Scholae ad Ecclesiam Collatam Rectorem desti
nauit Horam audien causarum Secundam post meridiem
assignauit Actum Praesens Illustribus et Adm Rndis Andrea
Brolnicki Sandomirien Casimiro Rzeczka Sandomirien De
cano Zauichosten Praepto Tarlouien Lassocinen Luca Skal
ski Sandomirien Canonicis et Concionatore, Jonkouecen Stephano
Zuchowski Juris Vtriusq Doctore Decano Coprzijunicen, Sandomi
rien Samborzecen Nec Valentino Casimiro Piotrowicz Trzesn
Parochis Ecclesiae Collatae Sandom Vicedecano Aplico et
Actorum Conrii in ibidem Notario Sacrae Regiae Maiestatis
Secretario. Facultatum praedictae de uerbo ad uerbum

tenor Sequitur huiusmodi. Casimirus a Lubna Lubienski Nominatus Suffraganeus Canonicus Sede vacante Episcopatus Craco: ac Ducatus Sandomirien Generalis Administrator. Perillustri et Admodum Reuerendo Dno Christophoro Dembicki I. V. D. Craco: Sandom Canonico Stobnicen Praepositus R. M. S. Fratri Nro Charissimo salutem in Dno. Ecclearum regimini Clerique et populi Iurisdictioni Nrae Administratoriali Subiecti in redden Iuribus et Iustitia administranda commoditati ex Officio Nro prospicere Cupientes ad ea facile animum Nostrum accommodamus, quae Ipsis Ecclesiis et personis opportune uidemus expedire. Quapropter ut Clerus et Populus in Officialatu Sandomirien remotius a Sede Nra Ordinaria constitutus maiorem commoditatem et celeriorem expeditionem in administratione iustitiae habeat, utq idem clerus facilius in Officio et disciplina Ecclesiastica possit continevi, Fraternitatem vestram cuius fidem prudentiam et in rebus gerendis dexteritatem notam habemus in partem Solicitudinis Nostrae uocandum et Officialem Nostrum Foraneum Sandomirien creandum deputandum constituendum et designandum esse duximus Dantes et Concedentes Fraternitati vestrae plenam facultatem et omnimodam potestatem causas lites et actiones controuersias et quaestiones et praescripto Iuris Communis Canonici et Constitutionum Prouincialium ad Forum Ecclesiasticum Spectan, Ciuiles profanas personales reales mixtas Summam tamen mille floren pecuniae non exceden monetae et numeri Polonicalis Exceptis Causis Matrimonialibus, beneficialibus, Institutionum, resignationum et quarumuis confirmationum, audiendi cognoscendi iudicandi decidendi et fine debito terminan, Lras Citationis, Monitionis, Inhibitionis Arresti, Sequestri, compulsus, processus, in causis per se iudicandis sub titulo et Sigillo suis extraden relaxan reuocan prorogan contumaces rebelles ac inobedientes Seruata forma Iuris communis et Sacri Concilii Tridentini excommunican aggrauan reaggrauan Super reaggrauan Suspen (non tamen interdicen) et recepto ab eis Solito corporali iuramento quod in posterum mandatis Ecclesiae parebunt Simpliciter uel ad cautelam absoluen, excessus quosuis Scandala et delicta corrigen, excessiuos et incorrigibiles Seruato processu puniendi in maioribus uero uel enormibus criminibus priuationem aliasq poenas criminales importantibus Nobis Officioq Nro deferendi, vicarios manuales de aliquo excessu notatos et de fuga suspectos captiuandi, detinendi, in eosdem vicarios vagos et loca Prouisionum Suarum deserentes aduertendi, et ne diuagentur, Sed in locis Prouisionum maneant prospiciendi, et ut processus contra vagos Presbiteros nuper emanatus

et extraditus in suo robore permaneat prouidendi, res eorumdem Vicariorum in præmissis seu alias grauiter delinquen. pro exigentia excessuum seu in compensationem Eccleis uel Personis in iuriatis sequestran., et alias cum eisdem delinquen. prout de iure et iustitia procedenti, post mortem Presbiterorum beneficiatorum et non beneficiatorum et Clericorum res derelictas per se uel Commissarios suos reuiden. conscriben. inuentan. sequestran. conseruan. non tamen disponen. (quam dispositionem Nobis Officioq Nostro reseruamus) sed dum de obitu Clericorum Intestatorum Fraternitati Vestræ innotuerit Nobis Officioq Nro denuntian. excessus personarum sæcularium scandalosos iudican. sententias tam Interlocutorias quam Definitiuas seu Decreta feren. promulgan. pronuntian. et exequen. Testamenta ad mille floren. ad summum ascenden. approban., Iudices Surrogatos constituen., Carcerem publicum assignan. in eo scandalosos conuictos et condemnatos detinen. ac pænitentia peracta dimittendi ad Confessiones Sacramentales excipien. in Casibus simplicibus et Sedi Ordinariæ de iure et consuetudine quomodolibet reseruatis Presbiteros idoneos tam sæculares quam Regulares præuio examine approban. Indulta superexcarnium et lacticioniorum temporibus ab Eccleæ prohibitis tum licentiam benedicen. Matrimonia omissis duobus Bannis extra tempus Quadragesimæ et Aduentus ex causa legitima conceden., Transumpta Iurium Priuilegiorum munimentorum faciendi actus et Decreta sua in Acta Publica describen. et quæuis alia in præmissis et circa talia seruari solita et opportuna exercen. et exequen. In quorum fidem Datum Cracouiæ in solita Nostra Residentia Die Decima Mensis Decembris Anno Domini 1700. Crus Lubienski Sancus Sede Vacante Epatus Craco: Administrator. tt facultatem dandi in Capellis siue in Eccleis nondum consecratis easdem benedicen. et in benedictt Celebran. concedimus Locus ✠ Sigilli.

Septima Mensis Martii.

R. Przybyłkowski Vic: Trzesn. constituit Plenipoten.

Coram Officio et Actis præsentibus Conrii Sandomirien. personali constitutus Reuerendus Iacobus Przybyłkowski Vicarius Prouisus Iuratus Eccleæ Parochialis Trzesn. Principalis omnibus melioribus quibus melius firmius ualidius ac efficacius de iure forma uia stylo potuit ac debuit modis in suum uerum legitimum ac indubitatum manda-

tarium uidelicet Venerabilem Iacobum Koszycki M. O. C. Scholae ad Eccleam Colltam Sandom Rectorem cum facultate Substituen et cum Solitis ratihabitionis releuationisq clausulis constituit elegit ac solenniter ordinauit Ad Eiusdem Constituen Nomine ac pro eo ipso in omnibus et Singulis Causis Signanter in Causa exactoratu Sui Constituen Adm Rndo Christophoro Grzybowski Parocho in Wielowies occasione Sui Constituen Captiuationis et uiolentiarum illationis intentantt coram Iudicio praesen Conriali Sandom uerten comparen causas et causam promouen instituen tuen, terminos iudiciarii processus obseruan Decreta in fauorem Sui Constituen ferri peten et alia pro Causa alicuius exigentia desuper necessaria Iuris uel facti remedia dicendum geren exercen ac exequen alias in forma mandati procura constitutiui perfectissima Actum Praesen Reuerendis Gregorio Sobczenski Eccles Colltae Vicecantore Simone Poladkiewicz Eccles Parochial S. Petri Sandom Vicario Meq Valentino Casimiro Piotrowicz Eccles Colltae Sandom Vicedecano Aplico et Actorum Conrii Notario.

Mercurii nona martii: 1701

R. Przybyłkowski contra A. R. Grzybowski.

Coram Illustri et Admodum Reuerendo D. Andrea Brolnicki Canco et Iudice Surrogato Sandom ac in Eius publica causarum audientia personaliter comparens Venerabilis Iacobus Koszycki Scholae ad Eccleam Colltam Sandom Rector Reuerendi Iacobi Przybyłkowski Vicarii Prouisi Iurati Eccles Parochialis in Trzesnia Actoris Principalis Procurator prout de mandato procurs in Personam Suam Sub die septima Mensis et anni Curren his coram actis recogniti plenam fecit fidem cum assistentia Instigatoris Officii praesen in termino hodierno ex Citatione literali debite ut a tergo apparebat Sub die Secunda Mensis eiusdem per Vblem Casimirum Zelinski M. O. Clericum executt prouenienti contra citatos infrascros uerbo proposuit Quia ipsi non ueriti poenas in Canone Si Quis et in Bulla coenae Dni contentt assumptis Secum uiginti Rusticis de uilla Wielowies Suprascrum Actorem in propria residentia Vicariali existentem inuadere proprio motu captiuare

resistentem et sese defendentem funibus per uim ligare ligatum per ceme
terium in conspectu hominum trahere et in quandam cameram in
trudere et incarcerare ausi sunt ac praesumpserunt Ipsosq propter
rea in Canonem Si Quis latae Excommunis sententiam incidisse et
incurisse decerni, ad praestandum Satisfactionem propter uiolenti:
as Actori illatas compelli ac in damnis et litis expensis condenna
ri, et quia his stantibus uiolentiis per ipsos commissis non ob:
tenta absolutione a Canone, Missas celebrare Sacramenta admi
nistrare, et alia diuina Officia exercere audent ac praesumunt ideo
ipsos ante omnia Suspendi ab exercitio Suorum ordinum debi
ta cum Instantia postulauit, Praesen Adm Reuerendo Christo
phoro Grzybowski in Wielowies Parocho Venerabili Ioanne Da
chowicz Altarista Eccleae Parochial SS Petri et Pauli Sandom
Citatis ex aduerso Principalibus contra Iudicium praesens H uerbo
ex quo sit causa praesens affecta altiori subsellio excipient et
R. Grzybowski Suprascrio ex Iudicio temere recessit Illustris
et Adm Reuerendus Dominus Canonicus et Iudex Surrogatus
Sandomirien Supramemoratus auditis praemissis, exceptionem
partis Citatae iustificare, et quod sit causa praesens affecta Superi
ori Iudici pro prima Iuris docere alias directe respondere man
dauit ad quem effectum, contra R. Grzybowski qui ex Iudicio
temere recessit, Literas Executoriales cum spatio trium die
rum extraden decreuit, cum Vbli uero Dachowicz audito ipsi
us ab exceptione opposita recessu terminum conseruauit
prout mandat, decernit, conseruat, Decreti Sui uigore ad praemissa
mediante. Actum Praesen Illribus et Adm Reueren Casimiro
Rzeczka Canonico Sandomirien Decano Zawichosten Praeposito
Tarlowien in Lassocin Stephano Zuchowski I. V. D. Decano Coprzy
unicen Sandom Samborzecen Parochis Meg Valentino Casimiro
Piotrowicz Eccleae Colltae Sandom Vicedecano Aplico et Actorum
Conuii Sandom Notario.

R. Bielecki contra R. Michalski

Coram ut supra. In termino hodierno ex citatione debite executi
prouenien personaliter constitutus R. Martinus Bielecki Psalterista
Eccleae Colltae Sandom Principalis Actor occasione Subtractio

et interceptionis uiginti floren. ex censu quodam se concernen. pro
posuit et eosdem floren. uiginti restitui sibi petiit. Praesente R.
Sebastiano Michalski Eccleae Collta Suprascrae Psalterista praemissa
agnoscens sed id intuitu praetensionum suarum fecisse allegan.
Illustris. audita partis citatae super interceptione 20 floren. agni
tione iudicialr facta decreuit quatenus eosdem in instanti Actori
restituat, ratione uero insimulationis contra Actorem uti intanta
natae fidei Presbiterum de certis Portionibus iniuste praetensis
deprecationem Actori in Caplo Psalteristarum faciat iniunxit prout
decernit iniungit. Praesen. ut supra.

Quietatio R. Michalski p R. Bielecki.

Coram Officio et Actis praesen. Conrii Sandom. personalr constitutus R. Marti
nus Bielecki Psalterista Eccleae Colltae Sandom. Principalis palam sponte libe
re ac per expressum recognouit quia ipse uiginti floren. de manibus
R. Sebastiani Michalski Psalteristae per Decretum restitui iniunctos
recepit et realiter numerauit, praefatumq R. Michalski tam de per
solutis iisdem uiginti floren. quam de Decreto in hac causa lato atq
processu quietauit et liberum pronuntiauit Actum Praesen. Ite.

Vndecima Martii Veneris.

R. Przybyłkowski contra R. Grzybowski.

In termino hodierno ex ui Literarum Executorialium ad effectum di
recte responden. in Causa et actione iudiciaria inter se actorem in
frascrum ex una et Adm. Rndum Christophorum Grzybowski in Wielowie
Parochum occasione sui actoris inuasionis captiuationis et incar
cerationis alias prout propositio huiq causae originalis oblo
quitur citatum parte ex altera uerten. emanatae et debite
executarum tum ex Actis prouenienti Comparens personaliter Reuerendus Jaco
bus Przybyłkowski Vicarius Prouisus Eccleae Parochialis in Przesnia
Actor Principalis cum assistentia Instigatoris Officii p. sen. accusauit
contumaciam Citatorum infrascrorum propositioni suae non respon:
den. eosdem tanquam contumaces et inobedientes lapso trium die
pronuntiari et respectiue R. Grzy
bowski.

rum Spatio in Literis Executorialibus ipsis iam intimatis et executis
praefixo pro Excommunicato publicari, alias prout de iure decerni petiit.
In praesentia Adm Rndi Christophori Grzybowski in Wielowies Parochi et Ve
nerabilis Ioannis Dachowicz Eccleae Parochialis Sandom Altaristae Citato
rum ex aduerso Principalium, in Iudicio praesen Se non debere responde:
re quinimo comparere idq ex rationibus quas in Scripto produxe
runt dicen proinde causam praesen ad Officium Ordinariu remitti
peten Illustris & auditis praemissis eoq attento quoniam Citati exce
ptionem Suam Super eo quod causa praesens affecta sit altiori Subsellio
in primo termino oppositam et mediante Decreto Interlocutorio iusti
ficari iniunctam non probent ~~neq allegant~~, quinimo alias recusatorias
praepostere et in conuulsionem Iurisdictionis atq ob merum diffugium
in Scriptis porrigant, ideo inhaerendo anteriori Decreto Sub die nona
mensis et anni curren in hac causa lato propositioni Actoris Sub
Censuris iam alias latis et ipsis intimatis directe respondere man:
dauit Decreto praesenti. A quo Decreto Adm Reuerendus Grzy:
bowski ad Quem de iure appellauit, Cuius appellatio est refutata, Eo:
dem iterum a Refutatoriis appellante et Dnus stetit in decisis.
Praesente Vbli Ioanne Dachowicz Suprascro directe respon et litem
contestan contenta propositionis uera esse negan. In Contrariu
Actor Se ad probandum admitti petiit Et Illustris & audita Citati ne
gatiua responsione Actorem ad probandum admisit, Inquisitione
Iuratoriam in Officio expedien et ad eum effectum Testes modo fidedignos
pro prima Iuris adcitandos esse decreuit et interea Citatum ob metum
incursus in Canonem ab Exercitio Suorum Ordinum Suspendit De
creto Suo ad praemissa median. Praesen Illribus et Adm Reueren
dis Casimiro Rzeczka Canco Sandom & Stephano Zuchowski De: C. Meg
Valentino ut Supra &c.

Ingrossatio Donationis agri. Eccleae Parochialis in Prawno.

Coram Officio et Actis praesentibus Conrii Sandom personalr constitu
tus Nobilis Iosephus Piotrowicz Admodum Reuerendi Felicis
Ambrozowicz Parochi in Prawno Principalis Procurator tenens et habens

Suis in

Suis in manibus infrascrām Donationem Agri Flączenski dictt et Horti Eccleæ Parochiali in Oppido Prawno per Gnosum Andream de Zakliczyn Jordan factt anno Domini millmo sexcentmo nonagesimo quarto die decima quinta men Septembris recognitt manus propria Eiusdem Gnosi Jordan mihi infrascr Notario notā Subscriptt, eandem ne aliquo casu depereat, imo ut in suo robore conseruetur ad Acta præsen Suscipi et ingrossari postulauit qd prout de iure obtinuit Actum Præsen Rndis Gregorio Sobczenski Vicecantore Valentino Rudzki Mansionario Meq Valentino Piotrowicz Eccleæ Collta Sandomirien Vicedecano Aplico et Actorum Conrii in ibidem Notario Sacræ Regiæ Mttis Secretario Cuius Donationis tenor sequitur huiusmodi de uerbo ad uerbum In Nomine Domini Wszelki człowiek na tym swiecie doczesnie żyiący wieczne sobie pomieszkanie i oraz potrzebne prowiantij do niego obmijslać powinien pomniąc ia niżeij podpisanij na pomienione słowa Christusa mowiącego facite uobis thesauros uli neq erugo neq tinea demolitur Idąc przykładem Nieboszczyka Swiętej pamieci Rodzica mego ktorij Kosciol Prawinski iałmużną Swiętą nadał na potomne czasy to iest zboża roznego korcij dwadziescia i czterij iako to żyta korcij szesc pszenice korcij czterij ieczmienia korcij osm owsa korcij szesc, tedij tez i Ja ten Kosciol Prawinski wieczną iałmużną opatrzyc umyslilem, a że w miasteczku moim dziedzicznym Prawnie nazwanym cwierc pola flaczenską nazwaną od granice boroskiej ktora należała niegdij do dworu mazanskiego one uigore prawa mego Dziedzicznego Kosciołowi Prawinskiemu wiecznemi czasij leguie i ogrod złąką to iest pod stawem przeciwko michałowa abij teraznieyszij Xdz Felician Ambrozowicz Pleban i iego Successorowie tak moię Duszę iako i zmarłych Rodzicow moich Ofiarami Strasznemi przed Maiestatem Boskim ratowali, Obligi takie bydz powinni w kozdą niedziele przed zaczęciem nabożenstwa Godzinki Spiewano o Naswiętszej Pannie niepokalanie poczętej Msza Swięta powinna się odprawiac w kazdij tydzien wesrodę. a ten skrypt captato tempore opportuno Aktami Konsistorskiemi Sandomierskiemi ztwierdzic deklaruię co ręką moią własną podpisuię Działo się w Mazanowie decima quinta septembrij anno Domini millmo sexcentmo nonagesimo quarto. Jędrzej z Zakliczyna Jordan. M. Z. CH. mmpp

Lunæ Decima quarta martii: 1701.

Rndus Przybyłkowski de diligentia manifestatur

Coram Illustri et Adm Rndo Domino Andrea Brolnicki Canonico et Iudi

ce

ce Surrogato Sandomirien' eiusq Iudicio in termino hodierno ex Actis et Citatione literali contra Pestes emanatt et debite executt prouenienti personaliter comparens Reuerendus Iacobus Przybyłkowski Vicarius Prouisus Iuratus Ecclesiae Parochialis in Villa Przesnia Principalis Actor de diligentia sua manifestatus accusauit Contumaciam Laboriosorum Pauli Wilk Iacobi Halzak Valentini Iembro Iacobi Dolecki Incolarum de eadem Villa Przesn ad perhibendum fidele ueritatis testimonium in causa sui Actoris inuasionis et incarcerationis, uigore Decreti Veneris Vndecima Mensis Curren' prolati Citatorum atq Venerabilis Ioannis Dachowicz Ecclesiae Parochialis Sandom' Altaristae pro die et termino hodierno non comparentium, atq contra ipsos tanquam contumaces opportunum Iuris remedium decerni petiit. Illustris &c In contumaciam Citatorum monitorium simplex cum spatio trium dierum relaxauit. Praesen' Adm' Rndo Stephano Zuchowski I.V.D Dec: Coprzyiwnicen' Parocho Sandom et Sambonecen' Meq Valentino.

Ingrossatio Decreti Compromissorialis occasione Decimae post Villam Zbigniow ad Communitatem RR Vicariorum Colltae Sandom. et ad Ecclesiam in Zaleszanij Spectan.

Coram Officio et Actis praesentibus Conuii Sandomirien' personaliter constitutus Adm' Reuerendus Gregorius Sobczenski Vicecantor et Procurator Adm' Reuerendorum Vicariorum Ecclesiae Insignis Colltae Sandomirien' Principalis tenens et habens suis in manibus Decretum infrascrum Compromissoriale in causa inter Adm' Reuerendos Vicarios suprascros ex una et Adm' Rndum Parochum in Zaleszanij parte ab altera occasione Decimae manipularis omnis grani et seminis post agros tam praediales quam Cmethonales et Hortulanorum Villae Regalis Zbigniew nuncupatt sub die Vigesima prima Mensis Mai anno Dni Millesimo Septingentesimo latum manibus et Sigillis propriis DD Iudicum communitt, illud ad Acta praesentia suscipi et ingrossari petiit quod in quantum de iure obtinuit

Actum Praesen. Illribus et Adm. Rndis Andrea Brolnicki Canonico
et Judice Surrogato Sandom. Stephano Zuchowski J. V. Doctore Decano
Coprzijwnicen., Sandomirien. Samborzecen., Meq Valentino Casimi
ro Piotrowicz Trzesnen. Parochis Eccleae Colltae Sandom. Vicedeca
no Aplico et Actorum Conrii in ibidem Notario Sacrae Regiae Ma
iestatis Secretario Cuius Decreti de uerbo ad uerbum tenor se
quitur huiusmodi. Anno Domini Millesimo Septingentmo Die uero Ve
neris vigesima prima Mai Sandomiriae. Coram Illustribus et Adm.
Reuerendis Dnis Raphaele Roscicki Juris Vtriusq Doctore Archidiacono
Andrea Brolnicki Casimiro Rzeczka Canonicis Sandomirien. persona:
liter comparens Reuerendus Josephus Koniecki Parochus Zaleszanen.
Principalis cupiens finem imponere litibus et controuersiis inter Eccle:
am Suam Zaleszanen. de Decima manipli post uillam Regalem Zbi
gniew et inter Eccleam Gorzijcensem Communitati Reuerendorum
Vicariorum Eccleae Colltae Sandomirien. incorporatae ex ortis in Judi:
cio Perillustris et Reuerendissimi Domini Administratoris Sede va:
cante Epatus Cracouien. in Decisis penden., ne Ecclea Sua Suiq Suc
cedanei in Juribus quo ad perceptionem huiusmodi Decimae ma:
niplis laedantur, in Arbitros Compromissarios ipsorumq arbitramen
tum consensit, Nosq arbitros Suprascros omnes et coniunctim propar
te Sua elegit, Nostrumq arbitramentum in hac causa sua ratum et
gratum per omnia et in toto se acceptaturum declarauit, Renun:
tiando omnibus appellationibus et beneficiis Juris Sibi in hac cau:
sa Seruientibus et pro meliori informatione nra processum in
causa huiusmodi in Judicio Administratoriali gestum tum et
Commissionem ac Rotulum expeditae Reuisionis agrorum et exa
minis Testium clausum et obsigillatum produxit et exhibuit u:
na cum charta in qua Idem Reuerendus Parochus consensum suum
Super arbitramentum Nostrum Compromissoriale manu propria
conscripsit et Subscripsit. Comparuerunt quoq Reuerendi Valen:
tinus Piotrowicz Vicedecanus Gregorius Sobczenski Vicecantor
Albertus Kozijcki Senior Matthaeus Turowinski Vicarii Ecclesiae
Colltae Sandomirien. Suis totiusq Communitatis eorum dem
Vicariorum nominibus Principales de unanimi Consensu et ma
tura deliberatione praehabita uolentes lites et controuersias inter
Suam Communitatem Citatos ab una et ante dictum Rndum Paro
chum Zaleszanen. actorem ex altera Partibus de eadem decima

manpli in uilla Zbigniow coram memorato Perillri et Rndmo Admi
nistratore uertentes Sopire, complanare, et extinguere, in Iudicium
Nrum Compromissoriale et in arbitros Compromissoriales Suprascros iti
dem consenserunt et appromiserunt arbitramentum et Iudicium No
strum Compromissoriale in toto acceptaturos et quidquid hac in cau:
sa Statuerint et decreuerint prout patebit ex Iuribus et possessio
ne tum ex Rotulo reuisionis agrorum et Examinis Testium in hac
causa expedito et nondum publicato id totum pro rato et grato habi:
turos, utq arbitramentum Nostrum uim legis habeat, omnibus
beneficiis Iuris et quibusuis appellationibus diffugiis et exceptioni:
bus in toto renuntiarunt, et chartam consensus Sui capitulariter
conscriptam et ab Omnibus Subscriptam produxerunt. Nos uero
Arbitri Compromissoriani Suprascri auditis præmissis, ante Omnia
consensum ab utraq parte in Personas nras et in arbitramentum No
strum Compromissoriale in chartis duabus conscripta recepimus, eidemq
inhærendo in primis processum causæ occasione eiusdem decimæ inter
Suprascras Partes coram memorato Iudicio Administratoriali in anno
currenti gestum et fabricatum reuidimus, et uisa Decreto eiusdem
Iudicii Sub actu uigesima octaua Aprilis anni curren lato quo median
te utrasq Ecclesias tam Zaleszanen quam et Gorzycen circa Iura Sua
in eodem Iudicio producta et mature discussa Idem Iudicium conseruauit.
et reuisionem agrorum quo ad situm et positionem illorum et ad
quos agros Iura utriusq partis se extendant, præmittendam et insu:
per inquisitionem et examen Testium super præmissis per Commissa
rios ab utraq parte nominatos expedien decreuit. Qui quidem
Dni Commissarii Seruatis de iure Seruandis reuisionem huiusmodi
agrorum et examen Testium iuxta tenorem Commissionis expediue:
runt, huiusmodiq reuisionem Suam et examen Testium in rotulum
Sigillis Suis obsignatum inclauserunt. Quem rotulum obsigillatum Re:
uerendus Parochus Zaleszanen Nobis Arbitris Compromissariis præsen:
tauit, Post cuius præsentationem utræq Partes rotulum eundem re
sigillari, et arbitramentum nrum Compromissoriale in hac causa
expedivi petierunt. Quem Rotulum de consensu ambarum Partium
Nos Arbitri Compromissorii resigillauimus et uisa reuisione agro
rum per Dnos Commissarios in eodem rotulo conscripta tum et
Visis dictis et depositionibus Testium itidem per eosdem Dominos Commis
sarios in eodem rotulo expeditis et mature per Nos discussis, iis
demq inhærendo tale arbitramentum Nostrum Compromissoriale

chialis Parczovien. et damnum Actoris non mediocre quod sibi taxat ad florenos tria millia pecuniæ in Regno currentes ad videns et audiens et quidem de Principalibus et comprincipalibus pœnas condignas ob concitatam plebem contra Ecclesiam et Ecclæ jurisdictionem immunitatemq; Ecclesiasticam læsam Spiritualium commissum sumi damnaq; secuta resarciri extraditionem Decimæ aut alias juxta valorem persolutionem decerni indamnisq; sequens decreto nostro condemnari. In posterum ne eandem Decimam sibi usurpare præsumant inhiberi. Cæteraque pro exigentia Causæ statui et sententiari Cittne eadem de præmissis latiore. In termino itaque hodierno legittime ad præsens incidens et hucusque continuato Partibus supranominatis Actorea quidem ut pote Vnbli Joanne Telecki Parocho Parczovien. per Nobilem Andræam Wyszynski citata vero videlicet Oppidanis ibidem Parczovien. per Famatum Martinum Jezewicz ejusdem Oppidi proconsulem coram Nobis Judicioq; nostro comparens eumq; terminum attentans et in controversias suas abutrinque inter se jure mediante descendens et Actorea quidem ex citatione sua contra citatos proponens juxtaq; contenta illius decerni Decimæ indebite retentæ restitutionem injungi pœnas quoque ob temerarium hujusmdi progressum super citatis irrogari postulans E contra citatos se debite eandem Decimam accepisse intuitu medietatis Contributionum publicarum a Vnbli Actore provenien. quas vigore literarum nostrarum universalium ac Decreti Officij Castren. Lublinien. in Anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto et millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, millesimo sexcentesimo quinquagesimo octavo latt. conferre debet allegans easdem Contributiones et Antecessores Vnblis Actoris solvisse Evictationes ipsorum deducens seq; ab incompetenti actione liberari petens In oppositum Vnbli Actore se ad dandas contributiones non teneri ex vi Decretorum nostrorum in similibus prolatt. judicialiterq; reproductorum allegans competentibus Actione ad inventa dictam Decimam tam ex vi fundationis Serenissimi Vladislai Regis Anno Dni millesimo sexcentesimo sexagesimo quarto quam et constitt. Regni Anni millesimi sexcentesimi trigesimi quinti debitam extraditionem injungi flagitans Nos cum Consiliarijs et Jurisperitis nostris exceptis partium ambarum Controversijs allegationibus et defensis ijsdem accurate perpensis competentem esse actionem adinvenimus et quatenus prænominati citati oppidani Parczovien. Decimam libellatam indebite retentam Actore Vnbli Joanni Telecki Parocho ibidem Parczovien. realiter extradant vel valorem illius per-

lius persolvant idque in spatio duodecem septimanarum ab Acta
presenti Decreti nostri computan. decernimus et mandamus, nihil
ominus respectu Summarum ad Contributiones publicas per me-
dium ab Actore hactenus collatarum ex benignitate nostra Regia
eosdem citatos liberos facimus et pronuntiamus silentiumque
perpetuum eisdem citatis ratione conferen. et in posterum per
Actorem ejusdem medietatis contributionum publicarum imponim.
ac indicimus casu vero contraventionis Decreto nostro praesenti
et praedictae Decimae non extraditionis nec valoris persolutionis
Partibus terminum iterum coram Nobis et Judicio nostro compare-
di ulterioremque nostram Sententiam audien. in duabus septimanis
a die expirati temporis suprascri computan. prefigimus et assigna-
mus conservamusq. peremptorium praesentis Decreti nostri vigore
In cujus rei fidem praesen. Sigillum Regni appsum est. Datum
Varsaviae feria secunda post Dnicam Judica proxima Anno Dni
millesimo Sexcentesimo quinquagesimo nono Regnorum Nostrorum
Poloniae undecimo Sveciae vero XII Ano. Nicolaus Prazmowski
Supremus Regni Cancellarius Locus Sigilli majoris Regni
Relatio Illustrissimi et Rndissimi in Christo Patris Domini
Nicolai in Prazmow Prazmowski Supremi Regni Cancellarij
Nominati Episcopi Luccovien. et Bresten. Abbatis Sieciechovien.
perpetui Administratoris. Stanislaus Zurowski Decretorum
Curiae Regni Notarius mppa. Quinti Decreti
nexus talis. Ad Officium et Acta praesentia Castrensia
Capitanealia Radomien. personaliter veniens Nobilis Joannes
Osowski Perillris et Adm. Rndi Stanislai Ostrowski Canonici San-
domirs. Praepositi et Officialis Radomien. famulus obtulit eidem
Officio psens et ad inserendum in Acta psen. porrexit Decretum
tribunalitium Regni Lublinen. inter Adm. Rndum Stanislaum
Kulinski Decanum Stezycen. Parochum Pawlovien. et Posseso-
res Bonorum villae Paprotna ratione infrascriptorum latum
ex Actis eisdem Tribunalis Regni Lublinen. authentice deprom-
ptum Infra actum tenor talis. Actum Lublini in Judicijs ordina-
rijs generalibus Tribunalis Regni feria 6ta post Festum S. Matthaei
Apostoli et Evangelistae proxima Ano Dni millesimo sexcente-
simo nonagesimo tertio. In causa coram psenti ordinario
Gnali Tribunalis Regni Lublinen. Judicio vertente exagitata
inter Ingrem Judicij ejusdem ejusq. Delatorem Perillustrem et Adm.
Rndum Matthaeum Stanislaum Kulinski Decanum Stezycen.
Judicem Surrogatum Radomien. Pawlowien. Gurznen. et Pleba-
num Actorem et Gnosos Joannem Sierakowski Venatorem Terrae
Czernen. Vice Capitaneum Dmonski Notarium Castren. Stezycen. Cau-
sae infrascriptae gravaminosos Judices atque Labsos Lau-
rentium Osko, Simonem Krupa Mathiam Korzec Simonem et Al-
bertum Jarosicki aliosq. omnes de Bonis Paprotna Subditos,

necnon

necnon Nicolaum Casimirum et Andream Josephum Fale Nicolaum Zaspota omnesque alios de Bonis Dlugawola Subditos Illustrium et Magnificorum Ernesti Donhoff Palatini Marieburgens et Constantiae Sluszczanka Conjugum legittimorum possessioni subjectis partem eorundem Gnosorum Officialium adhaerentem de personis Bonisq; eorum gnaliter omnibus citatos pro eo Quia ipsi et pcipue Gnosi Officiales contra leges et constitutiones Regni procedendo super nonnullis sine assistentia omissorum Illustrium et Magnificorum Dominorum suorum aut Plenipotentis in Judicio suo gravaminoso Actoris comparen; ex parte eorum adhaerente laboriosis Laurentio Osko et Simoni Krupa subditis memoratis Paprotnen; paena infamiae et furcae ad Instantiam et Adm Rdi Durejowski antecedanei Parochi Pawlovicen; coram Officio Castrensi Stezycen; obtenta et publicata remota locumque standi ipsis in favorem ut supponitur partis adhaerentis agnoscendo experimentum in causa indebitissima ratione ac si contributionis aggrariae de Bonis saepius memoratis Paprotna et Dlugawola vigore Decimae manipularis per medium non solutionis injunxerunt motionemque ad Judicia Tribunalis Regni Lublinens uti non in levi accessorio imo maximum Actori damnum inferen; interposita nec admissa neq; connotata neque rationibus actoris et defensis in Judicium suum illatis attentis et sine quibusvis documentis non tamen ad solutionem ejusdem Contribution; allegan; quinimo tanqm e novo emergenti ad Judicium suum causam praemissam advenientem praejudicatumque necdum illam subsecutum deducentis Insuper et ex antecedaneis ejusdem Ecclae Pawlovicen; Parochis stantibus Possesoribus ab annis circiter centum Illustrium et Magnificorum Gostomskich, Ossolinskich, Odrzywolskich, Sulowskich Pacow, Ostrorogow eorundem Bonorum Haeredum et Legittimi Ecclesiae Collatorum a quovis impedimento quarumvis Contributionum Ecclesiae suae existentis nullam citationem adstrictionem solution; cujusvis contributionis uti contra constitutiones Regni tum Synodales ac Vnblis Capituli Cracovien; necnon et contra Processum Illustrissimi Loci ordinarij quo injunctum erat quatenus protunc pro summa Reipublicae necessitate pro uno tantum tempore quarta pars Contributionum publicarum non vero medietas quae et in Constitutionibus Regni non est apposita cum de quantitate Contributionum nulla est mentio per totam Diaecesim Cracovien; solveret nullus vero Parochorum aliter facere auderet sub paenis ejusde Illustrissimi Loci ordinarij arbitrarijs habentis praejudicata in similibus causis ab onere solutionis libertatis licet verbaliter introducta in termino tamen quovis producenda Tribunalitia et assessorialia non admiserunt imo magis in Summum Actoris praejudicium et Ecclesiae illius in posterum deteriorationem cum fundatio ejusdem

in solismet

in Solis met tantummodo Decimis licet et his exiguis ob difficilem
earundem extraditionem et subditorum prænominatorum Paprot-
nensium et Dlugovolensiu circa exdecimationem ab antiquo rebel-
lionem Actoris et Antecedanei Parochi contemptuationis diebus
Dominicis et festis ad videndum tremendum missæ Sacrificium et ver-
bum Dei non comparitionem ijsdemq prohibitis ab ecclesia diebus
laborum Servilium in campis et sylvis peractorum Domus Ple-
banalis sæpius invasionem aliorum ad inferendas violentias immissionem
atque tumultus excitationem tum et familiæ illius Scholiregorum in con-
notandis Decimis præmissis converberationem et concussionem prout
omnia ex documentis quovis termino patebunt ad manus et quie-
tationem Exactoris Terræ Stezycen. medietatem Contributionum præ-
insertæ agrariæ exolvere injunxerunt, Decretoque suo gravami-
noso adstrinxerunt tum et motionem ad Judicia Tribunalitia Re-
gni Lublinen. interpositam non admiserunt, imo eandem vix conni-
tarunt, nec super Decreto suo uti e novo emergenti in judicio
suo lato et Actori totique Diœcesi Cracovien. ac omni Clero atq
Parochis Ecclesiarum a Solis duntaxat Decimis fundationem ha-
bentibus, et in eisdem extra omnem aliunde proventum tam sibi
et familiæ suæ alimentum quam et ornatum Ecclesiarum quemvis
procurantibus gravaminosissimam cum Summo præjudicio in ruinam
Ecclesiarum et locorum Sacrorum et Servorum Dei in contra-
rium et levipensionem præmissi Processus siquidem juxta mē-
tem statutorum Regni celeritas inimica sit judicio et cuncta
judicem oportet rimari, non deliberarunt Actoremq hoc suo
gravaminoso judicio summopere læserunt pœnasq gravami-
nis succubuerunt pro quibus super ipsis decernen. ac pro
Cassatione ejusdem Decreti nec non et ad audien. ipsos cum
parte adhærente Decreto libertatis ab onere Solutionis contri-
bution. pmissarum Decimarumq in posterum sine quibusvis im-
pedimentis integralium cum scorsivis decernendis pœnis injungi
ac pro præmissis omnibus injurijs per partem adhærentem
Actori illatis puniri cæteraq in talibus fieri solita contra ip-
sos statui et Sententiari citati citatione eadem in actu relationis
per Ministerialem Regni Generalem Providum Lucam Chlustek
Lublini in judicijs ordinarijs Generalibus Tribunalis Regni
feria quarta post Dnicam Exaudi proxima Anno Dni millesimo
sexcentesimo Nonagesimo tertio recognitæ contenta pmissa in
se latius complectente. Qua causa sic stante indecisa ma-
nente indeterminata Suprascriptus Actor memoratum Officium
Castrense Stezycen. tum Magnificam Joannam Denhoffowā Fi-
liam et Succestricem Unicam Illustrem et Magnificam Constan-

tiam

tiam Sluszczanka olim Illustris et Magnifici Ernesti Donhoff
Palatini Marieburgensis relictam Consortem viduam tum quoque
et subditos earum in originali citatione specificatos revivificato-
ri aliter post fata olim Illustris et Magnifici Palatini Marie-
burgensis ad paratam causam morte ejusdem interruptam et
omnes gradus Juris pro Judicijs Tribunalis regni Lublinensis
sufficienter et legittime adcitavit adcitatione eadem in actu Re-
lationis per ministerialem Regni Generalem Providum Lucam
Chlustek in curia Regia Stezycen. feria secunda in Vigilia
Nativitatis Christi Gloriosissimæ Virginis MARIÆ Anno Dni
ad præsens currenti Millesimo sexcentesimo Nonagesimo
tertio recognita contenta pmissa in se fusius edisserente. In
termino itaq; hodierno vigore pinsertæ citationis tum et adci-
tationis ac præsentium Judiciorum ordinationis legittime ad pr-
sens incidenti et provenienti parte utraq; actorea nimirum Stm
Rndo Matthæo Kulinski Decano Stezycen. Parocho Pawlowi-
cen. personaliter et Magnifica Denhoffowa Palatina Marieburg-
gensi et Subditis de villa Paprotna citatis cassandæ et Acto-
ribus negotij Principalis, tum Officio Castrensi Stezycensi
itidem citato per Gnosum Stanislaum Downarowicz compa-
rente et controvertente judicium præsens ordinarium Gnale
Tribunalis Regni Lublinen. Regestro causæ huic adinvento Par-
tibus inter se experiri mandat. In experimento partium con-
troversijs illationibus et defensis exceptis obstante diversi-
tate interpretationis legis publicæ et constitutionis anno
Millesimo sexcentesimo trigesimo quinto in Comitijs Generalibus
Varsavien. ratione solvendarum Contributionum per spiritua-
les Personas intuitu Decimarum a Subditis Bonorum Terre-
strium pendendarum latæ tam et diversitate in varijs Subsellijs
præjudicatorum causata. Quoniam præfata constitutione
quantitas solvendæ publicæ contributionis per ordinem
Spiritualem non est decisa et constituta. Ideo Judicium Causa
præsentem pro finali decisione ad Comitia Regni Gnalia pro-
xime incidentia remittit præsentis Decreti vigore. Nihilominus
decernit hoc idem Judicium quatenus Possesores Bonorum
Paprotna pro subditis earundem Bonorum valorem Decimæ
hucusq; retenta mediante Actoreæ partis coram Consistorio
Radomien. ejusdem valoris comprobatione tum quoque quie-
tatione in proximis Querelarum Officij Castren. Radomien.
terminis sine quibusvis manifestationibus et dilationibus
solvant et realiter ad manus Actoris enumerent Cuita per
eosdem Possesores pœna quatuordecem Marcarum Polonicalis

Parti:

Parti et Judicio presenti totidem parti quidem sub majori nempe duplici quatuordecem Marcarum Poloni calf Judicio vero in Instanti sub pœna Banitionis solvenda facturi præmissa Possessores sub pœna Banitionis perpetuæ quæ in casu decreto præsenti contraventionis jam extunc super ipsis per Judicium præsens decernitur et publicandæ ejusdem Banitionis perpetuæ pœnæ terminus coram prædicto Officio Castren. Radomiensi præfigitur et conservatur per emptorius hac quoq; adjecta sua Judiciali declaratione quod memorati Possessores præfatorum Bonorum videlicet Illustris et Magnifica Palatina Mariæburgensis seu cessionarij ejus subditos suos ex ijsdem Bonis Reparatione ad extradendam Decimam pro qua ad præsens res est Mensa Regia Actori seu Successoribus ejus quousque causa pendens in Comitijs Generalibus Decisa non fuerit in futurum juxta anteriorem praxim et modum adigere tenebitur sub rigore supradictæ pœnæ Banitionis perpetuæ inibidem publicandæ. Hactenus quantum attinet pœnas gravaminis super Officio Castren. Stezycen. per partem Actoream in Causa præsenti prætensa decernit Judicium. quatenus idem Officium sive pars adhærens pro ipso solvat centum marcas Poloni cales Parti et Judicio per medium Judicio quidem in Instanti Parti in termino Solutionis valoris retentæ Decimæ itidem sub præfato rigore secessivo pœnæ Banitionis perpetuæ condemnationem vero ex parte citatæ partis super moderno Actore uti stante gravamine coram Officio Castren. Stezycen. obtentum Judicium præsens tollit cassat et annihilat in defectu vero pœnæ præfatæ luitæ quatuordecem Marcarum Poloni calf decretæ per partem citatam supra scriptæ parti Actoreæ in Instanti Solutionis jam extunc pœna major duplex videlicet quatuordecem Marcarum Poloni calf super eadem parte citata decernitur Ministeriali cuivis Regni Generalis duobus cum Nobilibus ad intromittendum Partem Actoream in Bona citatæ partis propria pœna præfatæ luitæ quatuordecem Marcarum Polonicalium decretæ et majori Succumbendæ justa præscriptum Statuti æquivalentia adhibitur causa; præsens ad loci seu locorum capitaneos eorumque officia competentia cujus vel quorum Jurisdictionibus supra scripta pars citata cum Bonis suis subest pro ultimata et finali ratione præmissorum facienda et peragenda executione remittit. Correxit Ita est Joannes Casimirus Dobrski Judex Deputatus Tribunalis Regni ex Palatinatu Culmensi Notarius ad præsens ejusdem Judicij manu propria. Locus sigilli. Originale vero ejusd. Decreti idem offerens rursus ad se recepit et de recepto officium præsens quietavit. Actum

in Castro

in Castro Radomiensi Sabbatho ipso festo Praesentationis Gloriosissimae Virginis Mariae Anno Dni millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio. Locus Sigilli. Ex Actis Castren Capitanj Radomienj rescriptum. Correxit Polczylowski etc.

Sexti Decreti obloquentia talis. Anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio. Die vero Veneris quinta mensis Decembris. Coram Perillustri et Adm Rndo Domino Joanne Uszynski Scholastico Luceorienj Cancellario Posnaniensi Officiali Gnali Varsavienj ac per Ducatum Masoviae comparens personaliter Excellens Dominus Laurentius Gajecki Procurator Gnosi Dni Stanislai Zurowski S. R. Mtis Secretarij in termino ex Actis incidenj in contumaciam Rndi Parochi Varecenj petijt eundem ad solutionem Contributionum publicarum Regni per eundem retentarum (ex quo Decimam manipularem post Villam Winarij percipit) vigore Constitutionis Millesimi sexcentesimi trigesimi quinti cogi et compelli praesente ex adverso Rndo Luca Chlebowicz Parocho Warecenj et se non teneri ad solutionem earundem contributionum cum ad id ex praescripto SS. Canonum et constitutionum Apostolicarum non tenetur. Decimaq sit Juris divini cui nullum onus in praejudicium immunitatis Ecclesiasticae imputari potest tum quod constitutio Regni millesimi sexcentesimi trigesimi quinti de solvendis contributionibus per Clericos facienj non sit per Bullam Urbani VIII (per quem alia puncta hujus constitutionis approbata sunt. de contributionibus autem in illa nulla sit mentio) approbata dicente idq se ab impetitione Actoris liberum pronuntiari eidem perpetuum silentium imponi ac in damnis condemnari petente. Et Perillustris ac Adm Rndus Dnus Officialis auditis partium controversijs eoq attento quod ex dispoone SS. Canonum et Privilegiorum Apostolicorum Clerici sunt immunes a solvendis quibusvis contributionibus Laicalibus imo vero contra imponentes easdem et exigentes sat severe per Bullas Pontificis sunt sancitae poenae tum quod de approbatione ejusdem constitutionis praesertim vero puncti de contributionibus solvenj per Clericos a Sede Apostolica (sine cujus consensu onus perpetuum contra libertatem Ecclesiae et immunitatem Clericorum imponi non potest) non constat. Ideo ex his et alijs rationibus animum suum moventibus citatum ab impetitione Actoris liberum pronuntiavit eique perpetuum silentium imposuit damna vero et expensas inter partes compensavit. A quo Decreto Procurator Actoris ad Illustrissimum et Rndissimum Dnum Archiepiscopum Gnesnenj et sedem metropolitanam appellavit apostolosq reverentiales petijt. Et Perillis et Adm Rndus

Dnus

Dominus Officialis eandem appellationem refutavit, iterum a refutatoriis et Dominus stetit in Decretis praesentibus Rndissimo Dno Stanislao Swiecicki Episcopo Spigacen. Suffraganeo Samogitiae S. Georgij Varsaviae Rohatinen. Praeposito Adm Rndo Dno Joanne Pelczycki Decano Climuntoviensi et alijs quamplurimis. Anno Dni millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto die vero Mercurij decima quarta mensis Januarij Skwierniewicijs. Audientia Causarum publica observata fuit coram Perillustri et Adm Rndo Dno Felice Rzeszowski Custode Culmensi Deputato ad judicandas causas specialiter Plocensi Lovicien. Canonico. Praesentibus Illustribus et Adm Rndis Dnis Stanislao Korczewski Cantore Lancicien. Canco Camenecen. Michaele Ulinski Praeposito Parznen. S. R. Mttis Secretario et Me Joanne Vladislao Borucki Actorum praesen. Notario. In causa et Actione Inter Gnosum Stanislaum Zurowski S. R. Mttis Secretarium Bonorum Villae Winiarij Possesorem obligatorium Actorem Principalem ex una et Rndum Lucam Chlebowicz Parochum Varecen. citatum partibus ex altera idque occasione Contributionum publicarum Regni intuitu Decimae manipularis quam post Villam Winiarij idem Parochus percipit non persolutarum primum coram Officio Consistoriali Varsavien. instituta et agitata Tandem cum Illris et Adm Rndus Officialis Varsavien. inhaerendo dispositioni SS. Canonum et Privilegiorum Apostolicorum quae Clericos a quibusvis Contributionibus Laicalibus esse immunes praescribunt et contra eandem imponen. aut exigen. poenas severas imponunt eundem Rndum Parochum ab impetitione Actoris liberum pronuntiasset ipsique perpetuum imposuisset silentium cum compensatione damnorum ab utrinque factis ad Illustrissimum Principem et Rndissimum Dominum Dnum Archiepiscopum Gnesnen. per viam appellationis pro parte dicti Gnosi Dni Zurowski interpositae devolutis in termino hodierno ex citatione termini pro die septima mensis praesentis inciden. in favorem praedicti Gnosi Zurowski qui in termino praefato ex appellatione seu citatione ad prosequendum extradita provenien. neque per se neque per suum quemvis legittimum Plenipotentem comparuerat facta: comparens personaliter pdictus Rndus Lucas Chlebowicz Parochus Varecen. jurisdictionis praesentis facta recognitione accusavit contumaciam Actoris appellantis in termino hodierno non comparen. nec eandem suam appellationem prosequen. et in ejus contumaciam produxit Decretum Judicis a quo de Actu die Veneris quinta mensis Decembris Varsaviae in anno praesenti prolatum illudque juste et juridice prolatum justificavit cum Decimae sint jurisdictioni et sine omni onere in recognitionem Supremi Divinae Majestatis dominij solvi debeant et utique alimenta Ministrorum Ecclesiae

ipsos

ipsos jure naturali concernen. in usus profanos nullo modo possint distrahi nec ullis ob resistentiam juris divini humanis subjaceant legibus, et leges tales etiam Secularium non reperiant et quodsi reperirentur nullitati essent obnoxiæ, juxta dispositiões SS. Canonum et Bullas Pontificias quæ contra personas seculares imponen. onera seu exigen. a Personis Ecclesiasticis gravissimas continent pœnas et censuras, insuper sola naturali ratione dictante iniquissimum foret ut ex parte decima DEO reservata et privilegiata ad proportionem novem partium Ecclesiastici medietatē contributionis persolvere deberent sic enim sustentatione sua et alimentis privarentur et non habentes unde vivant subsequenter Ecclesiæ ad cultus divini propagationem per ipsos fundatores extructæ desolatæ manerent cultusq. divinus in eis penitus cessaret ac propterea facta tali justificatione Decretum Domini Judicis a quo uti illud Sanctè et juridicè prolatum in oībus approbari et confirmari bene judicatum male vero per partem fuisse et esse appellatum pronuntiari partem adversam in damnis litisq. expensis condemnari petijt et postulavit. Et Perillis et Adm Rndus Dnus Judex in contumaciam partis appellātis in termino hodierno ex limitatione ad favorem illius facta præfixo non comparen. audita justificatione Decreti Judicis a quo per partem appellantem facta ex rationibus in eodem Decreto Illustris Domini Judicis a quo et alijs de jure divino et SS. Canonum resultan. dictum Decretum uti juridice prolatū in toto approban. et confirman. esse censuit prout quidem approbavit confirmavit, bene per Dnum Judicem a quo judicatum male vero per partem appellantem appellatt. fuisse et esse pronūtiavit decreto præsen. ad præmissa mediante. Ex Protocollo actorum Curiæ Illustrissimi Principis et Rndissimi Domini Dni Archiepiscopi Gnesnen. sub sigillo extractt. Locus Sigilli. Joannes Vladislaus Borucki Prothonotarius Apostolicus causarum Curiæ suæ Illustrissimæ Celsitudinis Notarius.

Septimi Decreti tenor sequitur talis Anno Domini Millesimo sexcentesimo sexagesimo nono die Veneris vigesima secunda mensis Februarij. Coram Officio Actisq. præsen. Conrij Pilsnen. personlr comparen. Rndus Albertus Lukowicz Senior Mansionariorum Pilsnen. ac Instigator Officij tenens suis in manibus literas subinsertas Decretum ex Cancellaria Nuntiaturæ Apostolicæ sub titulo et sigillo Illustrissimi ac Rndissimi Domini Dni Antonij Pignatelli Archiepiscopi Lorisseni & extraditum et manu Cancellarij suæ Illrmæ Celsitudinis Joañis Francisci Ciacca subscriptum de anno Dni 1664 die tertia Septembris Varsaviæ pro Gnoso Dominico Sierakowski Thesaurario Gostinen. Actore contra Nobiles Zalinski et Glinka et laboriosos Subditos de Villa Rembkow et alijs eo pertinentibus

latum

latum in se continentes sanas salvas integras non cancellatas omnique vitio et suspicionis nota ut apparebat carentes easdem majoris securitatis gratia ne sibi aliquo casu depereant aut vetustate consumantur actis praesentibus inseri et ingrossari petijt et postulavit. Quod cum Acta publica nemini justa petenti sint deneganda prout de jure obtinuit praesentibus Adm Rndo Nicolao Sogellio Praeposito Hospitali Concionatore Ordinario Simone Januszewicz Praebendario Fundationis Kamiensciana Matthaeo Dąbrowski Vice praebendario Pilsnen. cujus quidem Decreti tenor sequitur hujusmodi Anno Dni 1664 die vero Mercurij tertia mensis septembris Varsaviae. Pro Gnoso Dominico Sierakowski Thesaurario Gostinensi Actore contra Nobiles Zalinski et Glinka tum et laboriosos subditos de Villa Rembkow et alijs eo pertinen. necnon et alios in processu causae specificatos & coram Illustrissimo Alexandro Bellentano de Polenta et Volmer & Comite I.U. Dre Prothonotario Apostolico Gnali Auditore et Judice Nuntiaturae Apostolicae necnon Causarum Curiae Illustrissimi ac Rndissimi Dni Antonij Pignatelli DEI et Apostolicae sedis gratia Archiepiscopi Larisseni SSmi Domini Nri Dni Clementis divina providentia Papae Noni Praelati Domestici et assistentis et in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae cum facultatibus Legati de latere Nuntij Apostolici comparuit Nobilis Franciscus Casimirus Pubzenski Plenipotens in Scriptus Gnosi Domini Sierakowski Thesaurarij Gostinen. Actoris accusata contumacia partis adversae in termino ex actis incidenti inhaerendoq. anterioribus petitionibus tum et informationibus suis sententiam Domini Judicis, primae Instantiae in toto secundae vero Instantiae Dni Judicis in uno approbari in altero vero puncto videlicet quo ad Solutionem contributionum retractari suamq. Principalem a Solutione dictarum contributionum absolvi et liberum pronuntiari partem vero citatam in damnis et litis expensis condemnari et alia quae juris sunt statui et decerni petijt salvo & Praesente Nobili Simone Olewicki Nobilis Matthiae Zalinski Vicecapitanei, Alberti Glinka Notarij Clavis Rembkoviensis et laboriosorum Laurentij Glinka de Rembkow Andreae Zokietek et aliorum Cmethonum et Incolarum Villarum Rembkow Wikonow, Sroczek Wanatij et Dąbrowa substituto Procuratore citra approbationem jurisdictionis praesentis comparen. et informationem tam in jure quam in facto pro sola tantum informatione judicij praesentis non vero cognitione causae prinlis pro parte Principalium suorum producente et referendo se ad eam informationem quoniam pars adversa acceptavit Decretum per Illrissimum et Rndissimum Dnum

Archiepis.

Archiepiscopum Gnesnensem latum cum ab eo Decreto non appel-
lavit et dato non concesso licet appellaret quoniam decretum
praefati Illrmi Dni Archiepiscopi Gnesnen. juxta constitutio-
nem Regni de anno 1635 in praesentia et cum consensu
Illrmum et Rndissimum DD: Archiepiscoporum et Episcoporum
in Comitijs Gnalibus Varsavien. conditum sit latum illudq.
Decretum in rem judicatam transijt cum ab eo non esset appel-
latum Ideo a cognitione causae praesentis supra sederi eandemq.
ad Illustrissimum et Rndissimum Dnum Archiepiscopum Gnesnen.
remitti alias si et inquantum Decretum hoc approbari et con-
firmari partemq. adversam in damnis et litis expensis con-
demnari petente &. in oppositum supra scro Plenipte seu Pro-
visore Gnosi Dni Actoris replicante dictam constitutionem
ad Bona Nobilium non vero Regalia referri et de illis tantum
modo intelligi deducente nec aliam legem expressam eo in passu
et juribus ac volumine legum Regni contineri et si aliqua
sit dato non concesso eam Sacris Canonibus contrariam esse
inferente et sese ad informationem suam facto et jure referen-
te et ut supra petente. Qui Illrmus Dnus Auditor Gnalis &
sedens & visis et auditis & praecipue attento quod allegata
constitutio in puncto praetensae contributionis sub anno
1635 non loquitur de Bonis Regalibus quorum quaestio
vertitur in praesenti sed duntaxat de Bonis Nobilium imo sup
praemissis secundum eandem Constitutionem decima manipu-
laris juxta antiquam consvetudinem sine contradictione
ulla decernitur libera prout ex dispositione SS: Canonum
omnino debet esse ut in praerogativam Dominij Gnalis
exactionem tributorum et censuum praecedat solutio
Decimarum quae semper sine diminutione sunt debitae jux-
ta C: cum non sit C. sua et inferri. C. pervenit. C. ex parte
Canonum C. non est. C. tua nobis et alijs de Decimis. Ideo
ex his et alijs plenius in facto et jure recensitis Decretum Pri-
mae Instantiae in totum approbavit et confirmavit sicut etiam et
illud secundae in puncto praecedentis approbatorio revocato vo
in reliquis eidem contrarijs et pro executione partes ad Illrm
et Adm Rndum Dnum Officialem Varsavien. remisit victumq. Victo-
ri in expensis praesentis judicij uberius condemnavit juxta mo-
derationem quam sibi reservavit Et ita & si & Ita decrevi Ego
Alexander Pellemtanus de Pollenta Gnalis Auditor et Judex
Mppa A quo Decreto Procurator Nobilium Matthiae Zalinski
et Alberti Glinka et laboriosorum Cmethonum et incolarum
Villarum praefatarum ad Ssmum Dnum Nrum Dnum Alexandrum Di-
vina providentia Papam septimum appellavit et appellationem
admitti petijt et de attentatis et innovatis protestatus est. Qui

Illrmus

Illustrissimus Dnus Auditor Gnalis sedens et auditis ob reverentiam erga Sanctissimum quo ad devolutivum admittit refutata quo ad suspensivum qua agitur de Decimis. Et ita iterum a Refutatoriis appellavit et Dnus stetit in decretis et ita omni Joannes Franciscus Ciacca Cancellarius Extractus ex Protocollo Curiae causarum Nuntiaturae Apostolicae et Sigillo Illmi et Rndissimi Dni Nuntij in Regno Poloniae commorantis communitus ultimo Locus + Sigilli Joannes Franciscus Ciacca Authoritate Apostolica Notarius et ejusdem Curiae Cancellarius. Ex Protocollo Actorum Conrij Pilsnen sub sigillo Illris et Adm Rndi Dni Laurentij Matuszewski Prothonotarij Aplici S. Georgij in Arce Cracovien Canonici Curati Kolaczyczensis Offlis Pilsnen desumptus. Albertus Josephus Brzezanowski Aplicus et Consistorij Pilsnensis Notarius Mppa.

Octavi Decreti nexus talis: Anno Dni Millesimo sexcentesimo septuagesimo primo die vero Lunae octava mensis Junij. Coram Perillustri et Adm Rndo Dno Alexandro Gissa Judice Surrogato et in ejus publica audientia personaliter comparuit Nobilis Laurentius Borowski uti Gnosi Dni Jacobi Ossolinski Tenutarij Clavium Loskarzovien famulus et Substitutus Plenipotens in termino hodierno ex Actis Judicij praesentis legittime inciden referendo se ad rationes suas in anterioribus terminis illatas Sententiam jam alias latam publicari petijt praesentibus laboriosis Laurentio Kędziołka de villa Stoczek et Christophoro Rzepka de villa Jagodne suis et aliorum Incolarum de Villis Rembkow et Dąbrowa Osiecen atq Garwolinen Capineatum Nominibus in publicationem favorabilis Sententiae consentien alias si et inquantum appellantibus. Et Perillris et Adm Rndus Dnus Judex Surrogatus supramemoratus Sententiam mihi infrascripto Notario publicare mandavit de tenore sequenti. In nomine Domini Amen. Pro Tribunali sedentes et solum Deum ipsiusq justitiam Sanctam praeoculis habentes in causa et Actione juridiciaria inter Generosum Jacobum Ossolinski Tenutarium Clavium Laskarzovien Actorem ab una et laboriosos Cmethones ac Incolas villarum Rembkow Stoczek et Dąbrowa Osiecen atq Jagodne Garwolien Capitaneatum ratione non extraditionis Decimae manipularis ad mensam Illustrissimi et Rndissimi Dni Episcopi Posnanien ex agris et araturis earum villarum spectantis et pertinentis coram Nobis Judicioq Nro Consistoriali Varsavien mota et vertente citatos in processuq hujusmodi causae de nominibus et cognominibus specificatos partibus ex altera ex his quae ex Juribus atque documentis in hujusmodi causae productis vidimus legimus cognovimus perspeximus et intelleximus eoq vel maxime considerato quandoquidem ci-

Authe Aplica Notarius et eiusdem Curiae Cancell tati n

tati non negant Decimam manipularem de qua res agitur pertinere ad mensam Illustrissimi et Rndissimi Dni Episcopi Posnaniensis cujus Dni Tenutarij Clavis Laskorzoviensis pro tempore existens vigore Decretorum in diversis subsellijs ratione ejusdem Decimae manipularis latt. semper erant in pacifica possesione et continuo usu quem ad praesens Citati certo praetextu de quo inferius praepedierunt Ideo Christi Nomine repetito de Juris peritorum consilio pariter et assensu maturaque intra nos deliberatione praehabita attenta hujusmodi possesione ac eorundem citatorum agnitione Decimam controversam per eos nulliter retentam ab annisque in processu primario specificatis penes se retentam uti Actori Tenutario Clavis Laskarzoviensis (praevio corporali citatorum juramento de fideliter eadem decima manipulari extradens) intra decursum novem dierum extradere mandamus et ad eum effectum literas executoriales in termino superius specificato decernimus si vero in manipulis non est integra solutionem ipsius justi et veri valoris praevio itidem corporali Citatt. juramento injungimus quantum vero attinet allegans agrarias contributiones quarum solutionem Citt. a possesione Decimae vigore antiquissimi usus quem verbo allegant praetendunt quoniam eundem usum quem probare se obtulerunt nullis documentis authenticis probare possunt, quinimo in contrarium Actorea Pars decreta bina primum quidem in Consistorio Varsaviensi in Anno millesimo sexcentesimo sexagesimo quarto die Veneris vigesima nona mensis Februarij et secundum in judicio Nuntiaturae Apostolicae et alia documenta et praejudicata Sacrae R. Mttis in similibus de non solvendis contributionibus agrarijs producit et circa easdem persistit. Ideo ex his et alijs rationibus animum nostrum juste permoventibus eandem petionem ad praesens non posse habere locum adinvenimus et ita decernimus pronuntiamus et sententiamus non solum sed omnique ita pronuntiavi Ego Alexander Gissa J.U.Dr. Varsaviensis Pustoviensis Canonicus S.R. Mttis Secretarius Surrogatus pro tunc Officialis Varsaviensis mppa Locus + Sigilli. A qua Sententia in continenti Citt. verbo ad Illmum et Rndissimum Dominum Internuntium Apostolicum appellarunt, et suam appellationem hujusmodi admitti debita cum instantia petierunt et postularunt. Plenipotente quoque substituto G. Actoris a non adjudicatione damnorum et litis expensarum ad eundem Illmum et Rndissimum Internuntium appellans ac terminum in eodem Judicio sine ulla adcitatione comparendi praefigi postulans. Et Perillustris et Adm Rndus Dnus Judex supra nominatus appellationem utrique Parti admisit et terminum ad affectationem ambarum Partium coram Judicio Illmi Dni Internuntij Apostolici comparens diem Decimam nonam mensis praesens assignavit Praesentibus circa Judicia opportunis et me Andrea Alexandro Grosz

dro Groszkiewicz Apostolicæ et Actorum Conrij Varsavien Notarij
Anno Domini 1683 die vero mercurij decima mensis Martij
Coram Perillustri et Rndissimo Dno Nicolao Stanislao Swięcicki Eccle-
siarum Cathedralis Posnaniens Decano Varsaviens Scholastico
Brochovien Præposito Vicario in Spiritualibus et Officiali Var-
saviens ac per Ducatum Masoviæ Gnali Electo Abbate Trze-
mesnens comparuit personaliter Nobilis Matthias Kolinski Re-
verendi Thomæ Wieszynski Brwinovien Parocho Principali A-
ctoris Procurator et in termino hodierno ex Actis legittime inci-
dens accusavit contumaciam Nobilis Matthæi de Rossij Posse-
soris Scultetiæ Xiązenicensis et Incolarum atq agricultorum
dictæ villæ Regalis Xiązenicen in Parochia sui Principalis
sitt citatorum ex adverso Principalium non satisfacien Decreto
et dilationi Anteriori atque in eorum contumaciam referendo
ad literas Illustris et Magnifici Dni Tenutarij ejusdem villæ ra-
tione eorundem Subditorum et pro illis ad suum Principalem scriptas
petijt ante omnia prætensam contributionem agrariam reijci et eã-
dem juxta Decreta Curiæ S. R. Mttis eo nomine præjudicialiter
lata ac alia Subselliorum Ecclesiasticorum non posse nec debere
extendi ad Decimas Ecclesijs ex Bonis laicorum debitas decla-
rari extraditionem retentæ Decimæ si et inquantum est integra
alias solutionem illius veri valoris decerni et extradi manda-
ri debita cum instantia petijt et postulavit Præsente Nobili Ste-
phano Botkiewicz supra scrorum Incolarum Xiązenicen
addito Procuratore salvis exceptionibus quibusvis suis Princi-
palibus institutæ causæ citra agnitionem per Partem adversam
aliquarum literarum a Magnifico Dno Tenutario allegatt tum ali-
quorum præjudicatorum in Judicio S. R. Mttis suos Principales ut sup.
ad allegatt non persolutionem contributionis Reipublicæ referens ad eũ
effectum constitutt Regni unam de Anno millesimo quingentesimo
sexagesimo quarto alteram 1607 tertiam 1635 salvis alijs
producendis allegatt et ad eas suos Principales referens et suos Prin-
cipales ab impetenti Actione partis adversæ liberos pronuntiari
alias ad contributionem earum juxta dictas leges et consvetu-
dinem Patriæ juris medijs cogi et compelli postulan eundemq uti te-
mere litigan in damnis litisq expensis condemnari flagitan ex ad-
verso Procurator Actoris contra allegatas constitutiones Regni
salvo scripto verbo quod eadem loquantur de Contributionibus
per ipsosmet Laicos solven non autem per Clerum et quatenus
aliquomodo Personas et reditus Ecclesiasticos gravare vide-
rentur eas non esse attendibiles ex quo contra prohibitionem SS:
Canonum quorum præscripto bona Ecclesiæ et Personæ Spirituales
hujusmodi legibus non ligantur censentur conditt replicavit et ut
supra institit In oppositum Procurator Citatorum contra replicatio-
nem partis

4 Noni Decreti tenor ejusmodi Anno Dni

nem Partis adversæ duplicavit referendo se ad Constitt. et usum allegatam replicationem non valere ex quo cum consensu totius Status Spiritualis in Regno Poloniæ in Personis Illustrissimorum Loci ordinariorum latt. fuerint et in usum devenerint ac ideo inhærendo priori petitioni suæ ut supra decerni petijt salvo &c. Contra Procurator Rndi Actoris verbo Gnalia dixit. Qui per Illustris ac Rndissimus Dnus Officialis Varsaviens. ac per Ducatum Masoviæ Gnalis supra memoratus sedens &c. auditis &c. visis Constitutionibus Regni pro defensione Incolarum Xiążenicens. per Dnum Procuratorem eorum judicialiter allegatt. et quidem prima 1564 fol: 20 in literis universalibus Contributionum agrariarum &c. item Villæ nostræ contenta quæ nullo modo obloquitur ut Rndi Parochi Decimas percipientes ad contributiones agrarias aliquid ex Decimis contribuant sed ut Bona Regalia et Spiritualia licet antehac contributiones persolventia et alia onera Reipublicæ non sufferentia ratione contributionis agrariæ certam quotam in eodem paragrapho expressam solvant secunda 1607 titulo de Decimis fol: 836 nullam materiam ratione solvendæ ex Decimis contributionis agrariæ in se continens. ex tertia 1635 Compositio de Decimis quæ se refert ad Breve de Decimis Urbani VIII ultra consensum Apostolicum et contextum Brevis appendicem de solvendis dictis Contributionibus ratione perceptionis Decimarum manipularium contra præscriptum Juris Regni de appendicibus obloquens in se habente nihilominus tamen antiquam consvetudinem sufferens hujusmodi onerum et non quidpiam aliud respiciens necnon viso Decreto judicij præsentis die Veneris quinta decembris. 1653 Inter Gnosum Stanislaum Zurowski Bonorum Winiarij Possesorem Actorem ab una et Adm. Rndum Lucam Chlebowicz Parochum Varecens. citatum Partibus ex altera ex partium Controversijs lato per quod Decretum dictus Rndus Parochus a simili onere est liber pronuntiatus et ejus approbatorio per Judicium Metropolitanum Gnesnens. via appellationis in Anno 1654 die Martis 14 Januarij prolato ad Acta præsentis Judicij Anno 1679 die martis 17 mensis Octobris ingrossato tum visa sententia prædicti Judicis anno 1671 die 8va Mensis Junij. Inter Gnosum Jacobum Ossolinski Tenutarium Clavis Laskorzoviens. ad mensam Episcopalem Posnaniens. spectans. Actorem ab una et laboriosos Cmethones et Incolas Villarum Rembkow Stoczek Dąbrowa et Jagodne ex adverso Principales citatos partibus ab altera ex partium controversijs et in fundamento Decretorum anteriorum præsentis Judicij anni 1664 die Veneris vigesima nona mensis Februarij et alterius ejus approbatorum Judicij Rndissimæ Nuntiaturæ Aplicæ anni ejusdem die vero mercurij tertia mensis septembris latt. in simili causa

mili causa de non solvendis ex Decimis Contributionibus agrarijs prolatis item viso Decreto Judicij Assesorialis S. R. Mtis in Anno 1639 Varsaviæ feria quinta post Festum SS: omnium proxime brevi post Sancitis allegatis constitis Regni 1635 Inter Præpositum Lucoviens ab una et communitatem Civitatis partibus ab altera lato dictæ Constitis seu ejus potius appendici derogatorio ad acta præsentia in anno eodem 1634 die Veneris 22 mensis maj inserto ab hujusmodi onere Præpositum Lucoviens et ejus Successores eliberante ad extremum viso et altero Decreto Judicij Assesorialis S. R. Mtis ad Instantiam Vnblis Joannis Telecki Parochi Parczoviensis contra Famatos Proconsulum Consules totamq Communitatem Oppidi S. R. Mtis Parczow Varsaviæ feria secunda post Dnicam Judica proxima in Anno 1659 de non solvendis dictis contributionibus agrarijs ex serijs partium Controversijs lato Insuper attento eo quod nec etiam pro parte citata allegans quod hujusmodi consvetudo antehac fuerit solvendi hujusmodi contributiones per Parochos Brwinovienses aut modernum Actorem respectu perceptionis Decimarum manipularium hucusq extradi solitis appendix autem dictæ Constitutionis anni 1635 antiquas consvetudines solvens respicit et in antiquis consvetudinibus fundata esse cernitur ideo insistendo præallegatis Decretis tam fori Ecclesiastici quam et Judicij assesorialis S. R. Mtis et maxime attento eo quod SS: Canones et Privilegia Apostolica Clericos a quibusvis contributionibus Laicalibus immunes esse volunt et præscribunt ac tales impositiones ut habetur (in Bulla cœnæ Domini § 17mo) prohibent imo contra imponentes aut exigentes severas pœnas imponunt Adm Reverendum Parochum Brwinoviens in præsenti Causa Actorem non teneri ad supportationem hujusmodi prætensi oneris adinvenit et decrevit Et quia citati tam ex agris Scultetiæ quam et Cmethonalibus Villæ S. Regiæ Majestatis Xiązenicens Decimam manipularem antehac sine ulla præpeditione extradi solitam prætextu dictæ contributionis pro anno præterito 1682 indebite retinuerunt conservando et manutenendo Adm Reverendum Actorem et ejus Ecclesiam circa jura et possesionem hucusq continuatam quatenus citati tam ex agris scultetialibus quam et Cmethonalibus controversam Decimam Adm Reverendo Actori in manipulis extradant mandavit alias inquantum in manipulis non est integra ut idem Reverendus Actor ejus valorem medio corporali juramento liquid

to liquidari faciat injunxit damna vero et litis expensas inter Partes propter bonum pacis compensavit Decreti praesentis vigore a quo Decreto Nobilis Potkiewicz Procurator Partis citatae ad quem de jure appellavit et appellationi suae deferri petijt. Et Perillustris ac Reverendissimus Dominus Judex qui supra ejus appellationem tanquam in causa privilegiata ac etiam in notoriis locum non habentem juramento refutavit. Eodem Domino Procuratore Citatorum a refutatoriis appellans et Dominus Judex stetit in Decretis. Et Protocollo Actorum necnon et ipsismet Actis Consistorij Varsaviensis extractum et Sigillo Perillustris et Reverendissimi Domini Domini Officialis Varsaviensis ac per Ducatum Masoviae Generalis supramemorati communitum. Locus Sigilli. Andreas Alexander Groszkiewicz Apostolicus et causarum Consistorij Varsaviensis Notarius. mpr

Decima Quinta
1.70

Decima quinta Aprilis 1702.

Illustris Skalski protestatus contra Laboriosum Socha de villa Radoszki.

Coram Officio et Actis praesen. Conrii Sandomirien. personaliter constitutus Illustris et Admodum Reverendus Lucas Skalski Canonicus et Concionator Sandomirien. Parochus in Iankowice Principalis omni meliori modo in et contra Laboriosum Adamum Socha Advocatum de villa Radoszki Solenniter protestatus est. Quia ipse ut asseruit ex mandato Reverendi Pauli Bielak Mansionarii Sandomirien. uti illius villae tenutarii, Agros legatos Ecclesiae in Iankowice, in quorum possessione et usu Parochi in Iankowice Semper existebant, invadere, ibidem Patrem familias Illustris Protestan. eosdem Agros arantem depellere et dejcere, taliterq. non Veritus paenas contra occupatores Bonorum Ecclesiasticorum Sancitas, Illrem Protestan. de pacifica possessione dictorum Agrorum deturbare, Seu verius eorundem Agrorum possessione Spoliare, ausus est, ratione quorum praemissorum iterum atq. iterum protestatus est. Praesen. Nobilibus Joanne Psurski, Matthia Raczewicz Meq. Valentino Casimiro Piotrowicz Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. Aplico et Actorum Conrii Sandomirien. Notario.

Vigesima Septima Aprilis.

Institutio Reverendi Zamielski ad Ecclesiam Parochialem in Michow.

Illustris et Admodum Reverendus Dominus Andreas Joannes Brolnicki Canonicus et Judex Surrogatus Sandomirien.

in termino hodierno ex Literis Cridæ unà cum Commissione, ab Illmo et Rndmo Domino Casimiro a Lubna Lubienski Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopo Heracleen Suffraganeo Canonico Sedevacan Episcopatus Cracovien ac Ducatus Severien Gnali Administratore, Sub die 26ta Aprilis 1701. emanatæ, et in Personam Suam directè legitimè inciden Reverendum Matthiam Zamielskiam Presbyterum, ad Ecclesiam Parochialem in Michow, post obitum Reverendi olim Dankowicz Vacan per legitimos dictæ Ecclesiæ Patronos et Collatores præsentatum, prævio Examine, et recepto ab ipso Super Catholicæ fidei professione, tum quoq de obedientia et reverentia Illustrissimo Loci ordinario nunc et pro tempore existen deq non alienan dictæ Ecclesiæ bonis, quinimo alienatæ pro posse recuperan Solito iuxta præscripti Sacri Concilii Trident. corporali iuramento, in contumaciam omnium et Singulorum interessatorum, dictis Cridæ Literis Citatorum non comparen per manus Suæ capiti eius impositionem, instituit ac investivit, curam Animarum, administrationem Spiritualium, et regimen temporalium rerum Ipsi commisit, Literasq Institutionis et investituræ, ac alias desuper necessarias extraden esse decrevit. Actum Præsen Me Valentinoq ut Supra

Sub Eodem Actu.

Magnificus Morsztyn Capitaneus Iovalien contra Rndum Prazynski.

Coram Illustri et Admodum Reverendo Domino Andrea Joan-

ne

ne Brolnicki Canonico et Iudice Surrogato Sandomirien. ac in
Eius publica Causarum audientia personaliter comparens Nobilis Pau-
lus Pełczycki Magnifici Domini Iacobi Morsztyn Capitanei Com-
lien. Principalis Actoris legitimus Mandatarius, in termino hodierno
ex citatione literali, debitè ut a tergo eiusdem apparebat, executi, prove-
nien. contra Citatum infrascriptum verbo proposuit. Quia licet Ipse
Summam mille floren. Polonical. Decreto Iudicii Castren. adiudicatam
a Magnifico Actore receperit, eundemq; de recepta et realiter enumera-
ta huiusmodi Summa manuali quietatione, Sub die Sexta Martij
Anno curren. manu propriâ Scriptt. et Subscriptt. plenè quietaverit,
nihilominus Ipse in gravem Actoris molestationem Se Summam præ-
dictam in toto non recepisse, temerariè asserere, Magnificum Actorem
literis læsivis fraudem et dolum objicien. impetere ausus est ac præ-
sumpsit. Ipsum igitur ob præmissa pœnis condignis puniri, ad publi-
cam deprecationem Actori condignè præstan. Stringi, citato Super
præmissis Silentium perpetuum imponi, et eundem in litis expensis con-
demnari, debita cum instantia postulavit, et in continenti Sui Principa-
lis intentionem proban. quietationem memoratam, et literas manu Cita-
ti propriâ Scriptas originales exhibuit. In præsentia Adm. Reveren-
di Christophori Prażynski in Ignikow Parochi Citati ex adver-
so Principalis Causam præsen. ratione Summæ mille floren. debitt.
in Iudicio Castrensi Sandomirien. præventam, et ibidem decisam esse
allegan. ipsamq; ad idem Iudicium pro finali executione remitti peten.
Et Illustris ac Admodum Reverendus Dominus Cancus et Iudex
Surrogatus Sandomirien. Supranominatus auditis præmissis causam
debiti uti in Iudicio Castrensi Sandomirien. præventt. et decisam

pro finali executione remisit, quod verò attinet literas Citati ad Magnificum Actorem lasivè directe, eundem Citatum ad Solennem deprecationem cum duabus Personis dignis Parocho videlicet et Nobili Possessionato præfato Actori præstan teneri et esse adstrictum decreto præsen adinvenit. Actum Præsen Me Valentino Casimiro Piotrowicz Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien vicedecano Apostolico et Actorum Conrii Sandomirien Notario.

Sub Eodem Actu.

Instigator contra Rndum Dzienski.

In termino hodierno ex Citatione provenien personaliter comparens Instigator Officii Principalis Actor Citatum infra Scriptum ad responden certis punctis, Super vita, moribus, Scandalis, excessibus iuris remediis Stringi, aliàs in defectu directæ responsionis, id quod est de Iure statui instanter postulavit. In præsentia Venerabilis Laurentii Dzienski Vicarii in Więzownica Citati ex adverso Principalis objecta negan Illustris et Admodum Reverendus Dominus Andreas Brolnicki Canonicus et Iudex Surrogatus Sandomirien attento eo, quoniam Citatus directè respondendo, et litem contestan objecta vera esse negavit, Inquisitionem in loco loci expedien esse decrevit, ad quem effectum Commissarios videlicet Adm Rndos Stanislaum Woycieski Præptum Coprzywnicen Andream Snopkowicz in Sulisławice Parochum deputavit. Actum Præsen Illustri et Admodum Rndo Stephano Zuchowski Canonico et Parocho Sandomirien Mequè Valentino ut Supra.

Sub

Sub Eodem Actu.

Protestatio contra Generosum Zielinski per Conventum Coprzywnicen.

Coram Officio et Actis praesen. Consistorii Sandomirien. personaliter constituti Religiosi et Admodum Reverendi Placidus Trzeciak Supprior, Carolus Chrzanowski, Hiacynthus Kraiewski, Vincentius Czapski Ord. S. Cistercien. Conventûs Coprzywnicen. Professi, Principales omnibus melioribus modis Solenni praemissa reprotestatione palam ac per expressum, bonâ et religiosa fide, tacto pectore recognoverunt. Quia Ipsi Bona villae Zakrzow ad Abbatiam Coprzywnicen. Spectan. libertate et immunitate Ecclesiastica gaudentia per Generosum Zielinski occupata, animo liberandi eadem Bona a potestate laicali, in omni modestia sine armis venerunt venerunt, ad Praedium Eiusdem villae pacificè introire tentaverunt, nihilominus Suprascriptus occupator praedictorum Bonorum, non veritus poenas in Canone, Si quis: contentae et in Bulla Coenae Domini, eosdem manifestan. violenta manu explosis contra se bombardis percutere velle, aliasq. violentias inferre ausus est ac praesumpsit. Radne quorum praemissorum iterum atq. iterum protestati sunt. Praesen. Me Valentinos ut Supra.

Secunda Mensis Mai. 1709

Generosus Gorski contra Rndum Prazynski.

Coram Illustri et Admodum Reverendo Domino Andrea Joanne Brolnicki Canonico et Judice Surrogato Sandomirien. Eiusq. Judicio personaliter comparens Gnosus Stanislaus

Gorski Principalis Actor in termino hodierno ex Citatione literali debitè executè provenien contra Citatum infrascriptum verbo propo-suit Quia Ipse metas modestiæ Sacerdotalis exceden Suprascri-ptum Actorem tam publicè quàm privatim coram variis Personis in honore et reputatione bonæ famæ lædere, iniuriare, traducere, in literis ad se missivis, verbis calumniosis, Scommatibus et dishonorationibus afficere, lacessire ausus est ac præsumpsit. Ipsum igitur ob præmissa pœnis condignis puniri, ad Solennem deprecationem Actori præstan Iuris remediis Stringi, in damnisquè et litis expensis condemnari, debita cum instantia postulavit, et in continenti proban Suam intentionem Literas ad se Actorem directas de Data in Oppido Ignikow die vigesima Aprilis Anno curren manu propria Citati Scriptas produxit Præsen Admodum Reverendo Christophoro Prazynski Parocho in Ignikow Citato ex adverso Principali se literas præfatas ex impatientia quod se Citatum Actor variis modis afflixerit Scripsisse agnoscente. Illustris et Admodum Reverendus Dominus Canonicus et Iudex Surrogatus Sandomirien supramemoratus auditis Partis utriusquè controversijs, et attenta proprii oris Citati confessione, visis et lectis literis ad Actorem missivis citra modestiam Sacerdotalem Sat licentiosô calamô Scriptis, decrevit quatenus Citatus pro tam effreni lingua Actorem in Officio præsen Solenniter verbis modestis, et urbanis deprecetur, et ut reforman Spiritum recollectiones apud Patres Reformatos in Conventu Sandomirien per unam Septimam continuam a proxima Dominica incipien substituto Presbytero in locum Suum

ad Ecclesiam.

ad Ecclesiam Suam Parochialem in Ignikow peragat, iniunxit, eundemq
ne Similia in posterum attentare audeat, Seriò monuit, et Sub pœnis pe-
cuniariis Ipsi inhibuit, ad quem effectum Literas Executoriales relaxa-
vit, prout decernit, iniungit, monet, inhibet Decreti præsen. vigore ad præ-
missa median. Actum Præsen. Illustri et Admodum Reverendo Luca
Skalski Canonico Concionatore Sandomirien. Parocho in Ignkowice,
Meq. Valentino Casimiro Piotrowicz Ecclesiæ Collegiatæ Vicedecano
Aplicò et Actorum Conrii Sandomirien. Notario

Lunæ nona Mensis Mai. 1701

Quietatio Generosi Malicki per Illustrem Woyciecki ratione Decimæ post villam Zbigniowice.

Coram Officio et Actis præsen. Conrii Sandomirien. personaliter
constitutus Illustris et Adm. Reverendus Stanislaus Florianus
Woyciecki J. V. D. P. A. Ecclesiæ Parochialis et Hospitalis Coprzy-
wnicen. Præpositus, Principalis palam Sponte liberè ac per expressum
recognovit, Quia Ipse a Generoso Domino Alberto Malicki plenè
in toto Satisfactus existens, intuitu Decimæ post Agros tam Prædiales
quàm Cmethonales Bonorum villæ Zbigniowice provenien. ad Se Reco-
gnoscen. Suamq. Ecclesiam Parochialem Coprzywnicen. de Jure commu-
ni Spectan. Decretis in Judicio Illustrissimi Loci ordinarii, tam ex con-
troversiis Partium, quàm in contumaciam latis adiudicatæ, eundem
Generosum Dominum Malicki de præmissa Satisfactione plenaria
idq. pro Annis retroactis usq. ad Annum 1700mum inclusivè, et De-
creto atquè Processu in hac Causa formato aliisq. prætensionibus
exinde resultantibus quietavit, et liberum pronuntiavit, ac in absolu-
tionem a Censuris quibus idem Generosus Malicki innodatus exi-
stit, consensit. Salvo tamen Jure ad easdem Decimas Suo in robore re-
servatæ. Præsente Wodecki Mansionario Sandomiriensi.
Et Me Valentino Casimiro Piotrowicz Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien.

Vicedecano Apostolico et Actorum Conrii Sandomirien. Notario

Veneris vigesima Mai

Instigator contra Venerabilem Dzienski.

Coram Illustri et Admodum Reverendo Domino Andrea Brolnicki Canonico et Judice Surrogato Sandomirien. ac in Eius Judicio personaliter comparens Instigator officii praesen. Principalis Actor in termino hodierno, ex praefixione Dominorum Commissariorum provenienti, Rotulum Inquisitionis Juratoriae in causa inter se Actorem ex una, et Venerabilem Laurentium Dzienski Vicarium Wiezownicensem occasione vitae morum, Scandalorum, ac aliarum inconvenientiarum in Seorsivo Scripto productae, Citatum partibus ex altera per Dominos Commissarios expeditae, clausum et Sigillatum aperiri, dicta Testium publicari, Citatum pro qualitate delictorum puniri, alias quod Juris est decerni petiit Praesen. Nobili Alexandro Komarnicki Bonorum villae Wiezownica Administratore Principali, ad hanc Causam ratione iniuriarum et Violentiarum in Articulis Specificatae, post Decretum Judicii Ordinarii Cracovien. ex Actoratu suo in Causa Similium Violentiarum contra memoratum Venerabilem Laurentium Dzienski sub die quarta Novembris 1697mo latae, cui hactenus non Satisfecit, de novo illatarum, interveniente, eundemque tam ad Satisfactionem praefato Decreto, quam ratione modernarum iniuriarum Sibi intervenien. praestan. compelli, poenis gravioribus puniri, in litis expensis condemnari, debita cum instantia postulan. Decretumque praefatum Judicii Cracovien. ac obductiones et Protestationes contra eundem Venerabilem Dzienski producen. Praesente quoque Venerabili Laurentio Dzienski Vicario Wiezownicen. Citato ex adverso Principali in apertionem Rotuli et prolationem Decreti favorabilis, et interventionem Nobilis Komarnicki consentien. Illustris et Adm. Reverendus Dominus Canonicus et Judex Surrogatus Sandomirien. Supramemoratus.

ratus auditis præmissis Rotulum præallegatæ Inquisitionis Iuratoriæ a-
peruit, lectis Depositionibus Testium, ac visis Decretis Iudicii Cracoviensis
tam ex Actoratu Instigatoris sub die veneris decima maj. Anno 1699mo
quam ad instantiam Suprascripti Nobilis Komarnicki latæ, quibus medi-
antibus Citatus de similibus inconvenientiis, impetuositatibus, Scandalis,
explosione bombardarum, sub pœna Suspensionis monitus, et punitus, nec
tamen ullam Correctionem fecit, quinimo majora prioribus perpetravit,
ideo eundem Citatum tanquam incorrigibilem ad Iudicium Ordinari-
um Cracovien. cum toto effectu remisit, ab officio seu exercitio suorum
Ordinum suspendit, terminum Ipsi primam Iuris post Dominicam in
fra octavas Corporis Christi, quæ erit trigesima Mensis et Anni Cur-
ren. coram Eodem Iudicio Cracovien. comparen. præfixit, et assi-
gnavit. Actum Præsen. Illustri et Admodum Reverendo Stepha-
no Zuchowski I. V. D. Decano Coprzywnicen. Parocho Sando-
mirien. ac Samborzecen. Mequè Valentino Casimiro Piotrowicz
Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien. Vicedecano Aplico et Actorum
Conrii Sandomirien. Notario.

Lunæ Vigesima 3tia Mai. 1701.

Parochus in Ptkanow inducit Testes occasione Agri Popowka dicti.

Coram Illustri et Admodum Reverendo Domino Andrea
Joanne Brolnicki Canonico et Iudice Surrogato Sandomirien.
ac in Eius publica Causarum audientia personaliter compares.
Adm. Reverendus Stanislaus Bombinski Ecclesiæ in villa:
Ptkanow Parochus Principalis Actor in termino hodierno ex
Citatione literali ex Cancellaria Officii præsen. extraditæ, et debitè
ut a tergo apparebat executæ, provenien. reproducto Decreto Iu-
dicii Administratorialis Cracovien. in Causa et actione Iudiciaria
inter infrascriptum Actorem ex una, et Generosos Ioannem..

Małachowski et Barbaram de Mokronos Coniuges, Bonorum villæ Kornacice Hæredes, atq́ Severinum Jagninski Eiusdem villæ Possessorem Arendatarium, occasione Spolii agri Popowka dicti ad Actorem ipsiusq́ Ecclesiam Ptkanovien. pertinen. aliàs prout fusiùs originalis eiusdem Causæ Propositio obloquitur, Citatos ex adverso Principales partibus ex altera interlocutoriè lato, Salvo illæso, et omni Suspitionis notâ caren. Testes videlicet Reverendos Valentinum Kozłowski Præbendarium et vicarium in Ptkanow, Andream Budzinski in Grocholice Vicarium, Laboriosos Jacobum Małoski Advocatum de villa Drzewszyn, Casimirum Woytowicz, Bartholomæum Dziedzic de villa Rosochy Cmethones: Discretum Jacobum Gołębiowski Ecclesiæ Ptkanovien. Cantorem adperhiben. fidele veritatis testimonium in Causa superiùs descripta Citatos induxit, eosdemq́ admitti, iurati, et iuxta interrogatoria desuper porrecta examinari, examenq́ eorum connotari, connotatum in rotulo occluso ad idem Judicium Administratoriale Cracoviense præfixo Partibus termino remitti, iam verò contra alios Testes videlicet laboriosos Albertum Woytowicz, Jacobum Woytowicz de villa Kornacice, Bartholomæum de villa Lipowa Citatos et non comparentes contumaces reputari, et in eorum contumaciam Monitorium decerni debita cum instantia postulavit. In præsentia Generosorum Joannis de Małachowice Małachowski Pincernæ Wielunensis Suo et Gnosæ Barbaræ de Mokronos Consortis Suæ nomine villæ Kornacice Hæredis, Severini Jagninski eiusdem villæ Arendatorii Possessoris Citatorum ex adverso Principalium, personaliter comparen. primò terminum pro die hodierna, ex quo sit in Citatione Strictè videlicet intra triduum appositi non agnoscen. deinde se nullam informationem a Patrono Cracovien. de huiusmodi Decreto habere dicen. idemq́ Decretum sibi communicari peten. a-

liàs

liás in Jurisdictionem præsen. non consentien. contraq; tam Actum
præsen. quam Testes inductos, ex quo sint sibi infensi, et ex aliis ratio-
nibus ubi de Jure allegan. excipien. et solenniter protestan. Illustris
et Adm. Rndus Dominus Canonicus et Judex Surrogatus Sando-
mirien. Supramemoratus, terminô pro die hodierna legitimè inciden.
adinventô, et viso Decreto Judicii Administratorialis Cracoviensis
in causa ratione Spolii agri Popowka dicti, inter easdem Partes
ex Seriis earundem Partium controversijs, sub die Lunæ decima 8va
Mensis Aprilis Anno curren. lato, quo median. quoniam ex consen-
su utriusq; Partis in Judicio Administratoriali per legitimos suos
Patronos comparen. probatio præsensi Spolii in Judicio præsens
per Actorem expedien. est iniunctæ, ideo Jurisdictionem fundavit.
Testes inductæ salvis tamen exceptionibus et Protestatione contra
eosdem per partem Citatam oppositæ, et ubi de Jure opponen. admi-
sit, Juramentum corporale de dicenda veritate præstari solitum
per Citatos in continen. præstan. decrevit, quô præstitô eosdem se
iuxta Interrogatoria desuper exhibita examinaturum obtulit.
Reliquos Testes a tergo Citationis Specificatos Citatos et non comparentes
contumaces reputavit, et in eorum contumaciam Monitorium simplex
extraden. decrevit. A quo Decreto Pars Citata verbo appellavit ad Illu-
strissimum et Rndmum Dominum Nuntium in Regno Poloniæ commo-
ran. cuius appellatio est refutata, eadem Parte iterum a refutatorijs
appellan. Et Dominus stetit in decisis. Et receptô a Suprascriptis
Testibus et ipsorum quolibet corporali iuramentô super dicen. veri-
tate præstari solitô, eosdem iuxta Interrogatoria Partis Actoreæ
examinavit. Interrogatoriorum tenor sequitur talis. Imum
Jezeli Swiadek wie widział, albo słyszał iz przeszli Xięża
Plebani Ptkanowscy gront albo pole Popowka nazwane w
swoiey Possessyi mieli, onego zazywali, zasiewali y pozytki al-

bo zbozaznięgo zbierali y do gumna zwozili swego, det causam Scie-
tiae. 2dum. Jezeli Swiadek wie widział albo słyszał, iz ciz XX. Pleba-
ni Ptkanowscy az do roku przeszłego 1700tnego, tego grontu Popo-
wka zazywali, zasiewali y onze w swoiey dzierzawie mieli. 3tium.
Jezeli Swiadek wie widział albo słyszał iz w Roku 1699tym teraznie-
yszy Xiądz Pleban Ptkanowski pomieniony gront w swoiey Possessyi
miał, on zasiewał, y zboza zniego zbierał. 4tum. Jezeli Swiadek
wie widział albo słyszał iz roku przeszłego tysiącznego Siedmsetne-
go Ichmść Panowie Małachowscy Xiędzu Plebanowi Ptkanowskie-
mu pod czas zniw gwałtownie zboza pozabierali. 5tum. Jezeli Swia-
dek wie widział albo słyszał iz tego grontu Popowka przez Xiędza
Plebana zasianego pomienioni Ichmść Panowie Małachowscy y
Jagninski zboza gwałtem pozabierali, y one swoimi wozami do gu-
mna Dworskiego zwiesc kazali. Examinis tenor huiusmodi. Pri-
mus Testis Rndus Andreas Budzinski Ecclesiae Parochialis in
Wszeswięte alias Grocholice vicarius, hodie celebravit, iuravit
ad quaesita taliter respondit. Ad 1num. Wiem ze był in pos-
sessione tey roli Popowka rzeczoney Jmx. Brzeski Pleban Ptka-
nowski Kustosz Opatowski, bo ten grunt arendował to Jm Panu
Samuelowi Ozarowskiemu, to Jmci Xiędzu Plebanowi teraznieysze-
mu, a na ten czas Wikaryiemu Ptkanowskiemu. Ad 2dum
Wiem ze Xiądz Pleban teraznieyszy roko przeszłego 1700tnego
zasiał ten gront swoim zbozem. Ad 3tium. Tego niewiem czy
nonagesimo nono zasiał, bo ugor musiał bydz kiedy roku przeszłe-
go Zyto siał. Ad 4tum. Słyszałem zrelacyi Xiędza Prebenda-
rza Ptkanowskiego y innych ze pod czas zniw odegnali zniwia-
rzow ze Dwora Kornackiego ztego grontu y zboze wzieli do
Dwora. Ad 5tum. Powiedziałem wyżey ze słyszałem iz to zboze
wzięli do Dwora, iako y sam Pan Małachowski y tu w Sądzie wro-
zmowie z Xiędzem Plebanem zeznał, iz to zboze iest złozone osobno

Secundus

Secundus Testis Reverendus Valentinus Kozłowski Prabendarius et Vicarius Piłkanowien iuravit heri celebravit interrogatus taliter recognovit. Ad 1mum. Słyszałem od Parafianow iako teraznieyszy Xiądz Pleban będąc przy tymże Kościele Prabendarzem siewał ten grunt Popowska przezwany, naymuiącego od Xiędza Mieszałowskiego y od Imć Xiędza Brzeskiego Antecessorow Plebanow Piłkanowskich. Ad 2dum. Nie tylko wiem że y przeszłego roku 1700 zasiał go był teraznieyszy Imć Xiądz Pleban, tam też tu nie dawno przy tym Kościele Ad 3tium. Nie wiem tego. Ad 4tum. Prawda to iest iż Imć Pan Małachowski przez Podstarościego y przez sługę swego, także y sługę Imć Pana Jagmińskiego pod czas żniw na tym gruncie Zencow Plebanskich zastawszy y sprzęt Gumade zabrawszy zabrali go, y zaraz do Dworu zabierali, iest to ieszcze zboże złożone u woyta w kornacicach, ale szkoda umin iest wielka. C.S.d. bo y sądownie zaraz opponował, y nie dopuszczałem brać tego zboża. Ad 5tum. Prawdziwa to iest iakom iuż wyżey powiedział. Tertius Testis laboriosus Jacobus Małecki Advocatus et Methodo villa Brzeuszyn annorum circiter quinquaginta confessus pro Sabbate citatus iuravit, Scit necessaria Salutis. Ad 1mum. Wiem że ten grunt Popowska Imć Jerzy Brzeski Kanonik Krakowski Leto. wy y nasze wieś arendował, także y Xiądz Stanisław Brzeski Pleban Piłkanowski y X. Mieszałowski siewali, y zniego zbierali, a czasem też kiedy nie mogli poradzić, to y chłopow naimowali. C.S.d. bom tam Gumadę robiał na tym gruncie, y zwoziłem zniego zboże, do Plebanii do Piłkanowa. Ad 2dum. Zażywali Plebani tego gruntu aż do przeszłego roku, y Xiądz Pleban teraznieyszy naigorzey albo uprzeszłey u Plebana zażywał go. C.S.d. wiem dobrze bo nie raz y Xiądz teraznieyszy Pleban prosił Parafianow aby mu pomogli orać, y pomagali, y nawożony tam wywozili, także y Imć Kuzocki trzymał toc do przeszłego roku trzymali. Ad 3tium. Jak dwie leciе leżał ten grunt ugorem, na zimę tylko położyli, bo nie wystarczał Imć Pleban ieszcze że byli niegodzili o Plebanię z Imć Xiędzem Kuzockim. Ad 4tum. Słychałem ortym

bom tam sam nie był, że odebrali ten grunt. Ad 5tum. Słyszałem że
z tego gruntu gwałtem zboża pozabierali do Kornacic, y zwieść do chło-
pa kazali, et tantum deposuit. Quartus Testis laboriosus Casimirus Woy-
towicz Cmetho de villa Rosochy Annorum circiter quadraginta, confessus
pro Dominica Pentecostes citatus iuravit, scit necessaria Salutis, cui re-
ductum in memoriam iuramentum. Ad 1mum. Nie pamiętam iak
się zwał Pleban, co był przed Xiędzem Michałowskim, ale to wiem że
trzymał ten grunt Popowka nazwany, także y Xiądz Michałowski
trzymał. C.S.d. bośmy mu za prozbą orewali ten grunt. Ad 2dum. Za-
siewali albo też komu innemu arendowali od Xiędza Sługockiego, żeby
siał, nie pamiętam nie uważałem też. Ad 3tium. Tak dwie lecie Xiądz
Pleban teraznieyszy zasiał był ten grunt owsem na wiosnę a przedtym
ugor był. Ad 4tum. Słyszałem że ten grunt odebrali gwałtem.
Ad 5tum. I tom słyszał że zboże z tego gruntu, które siał X. Pleban
zabrali, y Kornacic kazali do chłopa złożyć et tantum. Quintus
Testis laboriosus Bartholomaeus Dziedzic Cmetho de villa Rosochy
Annorum circiter Sexaginta, confessione Paschali confessus, cui redu-
ctum in memoriam iuramentum recognovit. Ad 1mum. Wiem
że tego gruntu Popowka nazwanego zażywali Xięża Plebani Ptkano-
wscy c.s.d. chłopcem będąc włoczyłem tam za uproszeniem Imci Xiędza
Jerzego Brzeskiego Plebana na ten czas Ptkanowskiego, także y Xiądz
Stanisław Brzeski trzymał, y temu się posyłało robić kiedy prosił, tak-
że y Xiądz Michałowski trzymał, ale ią naymował chłopom, także y
Xiądz Jędrzey Brzeski Pleban Ptkanowski, wiem że trzymał, siewał, y
na folwark lipowski Plebański zwozili zboże. Ad 2dum. Wiem że
aż do przeszłego roku trzymali zasiewali, y Imx. Sługocki trzymał
ten grunt, bo nasze wieś Rosochy arenduiąc wyganiał na tę Popowk-
ząc. Ad 3tium. Wiem że z dawna do Plebanii należy, y zażywano
go, ale tego nie pamiętam, czy tak trzeci rok tam siali czyli nie, bar-
zo się to tam uważało. Ad 4tum. Wiem to dobrze o tym że gwał-
tem

ten odebrali ten grunt. Ad 5tum. Słyszałem że kazali zabrac zboże ktore xiądz Plebąn siał, z tego gruntu tylko niewiem, czy do Dworu, czy do chłopa. Sextus Testis discretus Jacobus Gołębiowski Cantor Ecclesiae Ptkanovien. Annorum quadraginta, pro festo Sancti Philippi Sui Patroni tutelaris confessus, citatus cui reducit in memoriam iuramentum, ad interrogatoria respondit. Ad 1mum. Jam to słyszał od wszytkich Parafianow, powiedaią iż ten grunt Popowka nazwany należał do kościoła, iest ograniczony od Dworskich; y ten grunt trzymali Xięża Plebani iako powiedaią Parafianie, że im orewali ten grunt. Ad 2dum. Co przeszłego roku 1700. to był zasiał Xiądz Plebąn ten grunt. Ad 3tium. Nie byłem tu ieszcze nie wiem. Ad 4tum. Już to gwałtownie odebrali, boy Pan Podstarosci JmPana Jagninskiego harapnikiem przeciwko xiędzu Plebanowi groził, y przeciwko mnie kiedym Inhibicyą oddawał. Ad 5tum Zabrano to wszytko zboże co xiądz Plebąn siał, y kazali zwiesc do Kornacic do chłopa Woytowicza, et tantum deposuit. Quod peractum et modo praemisso connotatum Examen in rotulo occluso ad idem Judicium Administratoriale Cracovien. debita cum observantia remisit, et terminum Partibus, dum pars partem adcitaverit praefixit et assignavit. Actum Praesen. Me Valentino Casimiro Piotrowicz Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. Vicedecano Apostolico et Actorum Consistorii inibidem Notario.

Vigesima quinta Mai. 1701.

Constitutio Procuratorum per Generosum Joannem Małachowski.

Coram Officio et Actis praesen. Conrii Sandomirien. personaliter constitutus Magnificus Dominus Joannes de Małachowice Małachowski Pincerna Wielunen. Suo, et Magnificae Barbarae de Mokronow Consortis nomine Bonorum villae Kornacice Haeres, Principalis omnibus melioribus, quibus melius, firmius, validius, ac efficacius de Jure, forma, via, stylo, potuit ac debuit modis, in suos veros legitimos ac indubitatos Procuratores, videlicet Gnosos Franciscum Włoskie:

wicz, Matthiam Kalinski Cancellarii Generalis Varsavien. Actuarios Sacrae Regiae Maiestatis Secretarios, absentes tanquam praesen. ambos et quemlibet eorum in solidum fecit, constituit, elegit, deputavit, creavit, ac solenniter ordinavit, prout facit, constituit, eligit, deputat, creat, ac solenniter ordinat. Ad Eiusdem Constituen. nomine ac pro eo ipso in omnibus et singulis causis tam ex actoratu, quam reatu, tam ex conventione quam reconventione et interventione occasione quarumdam rerum, cum quibuscunq. Personis in quocunq. Iudicio et Subsellio Fori Ecclesiastici et Iurisdictionis Spiritualis verten. signanter in causa et actione Iudiciaria cum Adm. Rndo Stanislao Bombinski Parocho Pskanovien. occasione certi fundi sive agri ad villam Kornacice spectan. usurpationis coram Iudicio Cracovien. motae via appellationis ad Tribunal Nuntiaturae post devolutae comparendum, causas et causam tuen. defenden. terminos omnes tam substantiales quam accidentales observan. Decreta tam Interlocutoria quam Definitiva ferri peten. a gravaminosis ad quem de Iure appellan. aliaq. pro Causae huiusmodi exigentia dicen. facien. exercen. ac exequen. Dans et concedens facultatem in locum suum cum simili vel limitata potestate alios mandatarios substituen. eosque quoties opus et visum fuerit revocan. et hoc onus in se reassumen. alias in forma mandati Procuratorii Constitutivi plenissima. Actum Praesen. Me Valentinos ut supra.

Veneris Vigesima Septima Mai.

Illustris Mogielnicki contra Generosum Bidzinski.

Coram Illustri et Admodum Reverendo Domino Andrea Ioanne Brolnicki Canonico et Iudice Surrogato Sandomiriensi personaliter constitutus Perillustris et Admodum Reverendus Iacobus Mogielnicki Camenecen. Sandomirien. Canonicus, Praeptus Woyciechovicen. Principalis Actor in termino hodierno ex Citatione literali, debite ut a tergo apparebat provenien. contra Citatum

infrascriptum

infrascriptum proposuit, occasione deoccupationis Bonorum Sortis in Bidziny ad Praeposituram Woyciechovicen. Spectan. et pertinen. Sive etiam in villa Woyciechowice existen. post exspirationem Contractus, ratione eorundem Bonorum initi, atque tam praetensionum ex eodem contractu ortarum, quam post expirationem eiusdem Contractus Actori illatarum, in Seorsivo Scripto iudicialiter producto descript. petiitq. eadem Bona deoccupari iniungi, et Super praetensionibus praemissis Sibi per Citatum respondeti. In praesentia Generosi Thomae Bidzinski Bonorum ad Praeposituram Woyciechovicen. Spectantium Tenutarii Citati ex adverso Principalis Se bona Praepositurae Woyciechovicen. vi contractus initi, et ratione praetensionum in eodem Contractu praecustodit. tenere, ex ysdemq. cedere non posse, nisi praevia Satisfactione totali allegan. Quo verò attinet desolationem aedificiorum et alias praetensiones per Actorem iudicialiter product. easdem veras esse negan. quinimò reconventionaliter tot praetensiones et iniurias Sibi per Actorem esse inflictas verbo proponen. Ex adverso Suprascripto Perillustri Actore praetensiones per Citatum reconventionaliter propositas negan. et ad contrarium Se referen. et ut Supra instan. Illustris et Adm. Rndus Dnus Canonicus et Iudex Surrogatus Sandomirien. Supramemoratus auditis praemissis, attentaq. utriusq. Partis in Iudicio Suo contenden. tam ad Propositionem originalem, quam ad reconventionem negativa responsione, tum inhaerendo Contractui ratione Bonorum Praepositurae Woyciechovicen. inito, quo median. Partes in eventu praetensionum aliquarum, ex quacunque parte resultan. locationem amicorum pro disiudicatione Sibi caverunt, atq. ex mutuo consensu, et ad affectationem earundem Partium, verificationem praetensionum ab utrinq. habitarum in loco loci facien. et Super negatis Inquisitionem Iuratoriam et Proventuum calculationem excipien. Causamq. praesen. ibidem deciden. cognoscen. et debito fine terminan. esse duxit, ad quem

effectum Commissarios Judices, videlicet Adm Reverendum Stephanum Stęgowski in Szczeglice Parochum, Generosos Joannem Laskowski Alexandrum Przecławski ex parte Actorea, Adm Reverendum Stanislaum Zawisza in Przybysławice Parochum, Generosos Albertum Garbowski, Skorski ex parte Citata nominatos approbavit, iisdemq negotium praesens deciden et cognoscen definiendum, Salva nihilominus parti gravatae appellatione, commisit; literasque remissoriales in forma consueta Duorum ex parte Actorea Commissariorum, Unius verò ex parte Citata non obstante absentia in personas Supraspecificatas extradi mandavit, prout decernit, approbat, mandat, Decreti Sui vigore ad praemissa median. Actum Praesente Illustri et Admodum Reverendo Stephano Zuchowski J. V. D. Decano Coprzywnicen Parocho Sandomirien et Samborzecensi. Meque Valentino Casimiro Piotrowicz Ecclesiae Colltae Sandomirien vicedecano Aplico et Actorum Conrii inibidem Notario

Sub Eodem Actu.

Protestatio Generosi Rozwadowski contra Reverendum Woijcieski.

Coram Officio et Actis praesen Conrii Sandomirien personaliter comparens Generosus Dominus Stephanus Rozwadowski Pocillator Lukovien Principalis solenniter protestatus est contra Admodum Reverendum Stanislaum Woycieski Praepositum Coprzywniensem de et Super eo. Quia Ipse non contentus prioribus percussionibus Suis Subditis illatis, ubi de Jure Specifican, hesterna die videlicet ipso die festi Sanctissimi Corporis Christi, laboriosos Andream Furtak Cmethonem de villa Pilchow, Laurentium Garbaczyk Hortulanum de villa Przyłek Sui Protestan Subditos de Oppido Koprzywnica ex Nundinis penes viam publicam per agros ugory dicte, cum vacca una eun alios homines insequendo, converberare, conuulne

rare

rare, Sauciare vulnera lethalia infligere ausus est ac praesumpsit. Et in continenti iidem Subditi coram eodem Officio personaliter comparentes eidem Officio vulnera praedicta obduxerunt et praesentarunt, videlicet laboriosus Andreas Furtak vulnus profunditate os pertingens, latum ad impositionem parvi digiti, baculo ferro obducto vulgo Kosztorem per Ipsum Adm. Rndum Praepositum Koprzywnicen. Supranominatae inflictum. Item in dorso vulnus framea Sectum, longum ad duos articulos digiti, profundum et latum. Item in manibus tam dextra quam Sinistra percussiones tumidas praesentavit. Laurentius Garbaczyk primo in capite ictum tumidum, in utroq brachio atq per dorsum percussiones lividas, tumidas et Sanguine Suffusas praesentavit commonstravitque, huiusmodiq Protestationem et obductionem ad Acta petiit Suscipi et ingrossari. Actum Praesen. Nobilibus Andrea Kamienski Valentino Iuxiet. Meq Valentino &c. ut Supra.

Veneris tertia Mensis Junii 1701.

Reuerendus Prazynski contra Famatum Prazynski.

Coram Illustri et Admodum Reverendo Domino Andrea Krolnicki Canonico et Iudice Surrogato Sandomirien. ac in Eius publica Causarum audientia personaliter comparens Admodum Rndus Christophorus Prazynski Parochus in Janikow, Principalis Actor, in termino hodierno ex citatione literali, debitè ut a tergo apparebat executa, legitimè inciden. contra Citatum infrascriptae verbo proposuit. Quia Ipse Summam trecentorum florenorum per Se interceptae multoties requisitus restituere non vult. Ipsum igitur ad restitutionem huiusmodi Summae Censuris Ecclesiasticis stringi debita cum instantia postulavit. Praesente Famato Stanislao Prazynski Oppidano Climontovien. Citato ex adverso Principali Se in vim debiti Summam controversam trecentorum florenorum

accepisse, ex promissione Actoris uti Germani fratris dicen. Illustris et Admodum Rndus Dominus Canonicus et Iudex Surrogatus Sandomizien. Supranominatus, attenta confessione proprii oris Citati Super retentione Seu verius interceptione Summae controversae trecentorum floren. iudicialiter facta, quatenus Citatus praevia Solenni deprecatione Admodum Rndo Actori praestat, Summam eandem intercept. trecentorum floren. intra tres dies restituat, decrevit, ad quem effectum Literas Executoriales cum Spatio trium dierum relaxavit. Actum Praesen. Me Valentinoe ut Supra.

Lunae Sexta Mensis Iunii.

Insertio certae Attestationis raone Contribuonum.

Coram Officio et Actis praesentibus Conrii Sandomizien. personaliter constitutus Admodum Reverendus Stanislaus Malinowski in Paden. Parochus, Principalis omni meliori modo, tenens et habens Suis in manibus Literas declaratorias liberationis Sui ab exactione Contributionis hyemalis, manu propria Generosi Antonii Bystron Sacrae Regiae Maiestatis Commissarii, mihi Notario bene nota, Subscript. et Sigillo eiusdem Gnosi Bystron communit. easdem ob omnem meliorem finem et effectum, ad Acta praesentia Suscipi et ingrossari petiit, quod in quantum de Iure obtinuit. Praesen. Me Valentino Casimiro Piotrowicz Ecclesiae Colltae vicedecano Apostolico et Actorum Conrii Sandomizien. Notario. Quarum Literarum tenor de verbo ad verbum Sequitur eiusmodi. A poniewasz Imsc. Xiądz Pleban Padewski deduxit to evidenter, ze cale nic gruntu Gromadzkiego Padewskiego, ale y tego co do Plebanii y Erekcyi Kościoła należy tamtecznego, in toto w possessyi Swoiey nie trzyma

Zaczym

Zaczym liber od teraznieyszey Hibernowey na Dwor J. K. Mości exakcyi pronuntiatur, ktorą niesłusznie gromada Padewska na niego włożyła. Na co się podpisuię w Sendomierzu Sexta Mai 1701. Jan Antoni Bystron Dworu J. K. M. Kommissarz mp. Locus X Sigilli.

Septima Mensis Junii.

Manifestatio Generosi Bidzinski contra Illustrem Mogielnicki.

Coram Officio et Actis praesen. Conrii Sandomirien. personaliter constitutus Generosus Thomas Bidzinski Bonorum ad Praepositurum Woyciechovicen. Spectan. Tenutarius, Principalis omni meliori modo, in et contra Illustrem et Adm. Rndum Jacobum Mogielnicki Camenecen. Sandomirien. Canonicum in Woyciechowice Praepositum manifestatus et protestatus est de et Super eo. Quia licet Ipse in causa praetensionum ex contractu Arendae praefatorum Bonorum ortarum ex actoratu Suo Manifestan. intentata, Decretum Commissionis et locationis amicorum, pro verificatione earundem praetensionum et disiudicatione obtinuerit, in Conrio Sandomirien. Nihilominus Ipse eidem Decreto in favorem Sui lato contravenit, amicos deputatos ad locum loci non conduxit, quinimò nescitur quò discessit. Ratione igitur praemissorum Sentiens Se lasum, iterum atq; iterum manifestatur et protestatur. Salvo Iure adden. vel minuen. vel in aliam formam commutan. Actum Praesen. Mensis Supra.

Mercurii octaua Junii 1701

Approbatio Testamenti nuncupativi Rndi olim Obartowski Psalteristae.

Illustris et Admodum Reverendus Dominus Andreas Joannes Brolnicki Canonicus et Iudex Surrogatus Sandomiriensis in

termino hodierno ex Citatione verbali provenien pro Executoribus testamenti nuncupativi Reverendi olim Laurentii Obartowski Psalteristæ Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien Reverendos Jacobum Orzechowski, Valentinum Dygulski Psalteristas, attento testimonio Reverendorum Martini Zapczenski Vicepræpositi et Commendarii Gorzycen Sebastiani Michalski Psalteristæ Sandomirien approbavit, et res derelictæ inventan easdemq disponen facultatem concessit. Actum Præsen Illustri et Adm Rndo Stephano Zuchowski J. V. D. Decano Coprzywnicen Parocho Sandomirien ac Samborzecen Meq Valentino ut Supra.

Veneris Decima Mensis Junii

Reuerendus Malinowski in Padew Parochus contra Incolas inibidem.

Coram Illustri et Admodum Rndo Domino Andrea Joanne Brolnicki Canonico et Judice Surrogato Sandomirien ac in Eius publica Causarum audientia personaliter comparens Admodum Reverendus Stanislaus Malinowski Ecclesiæ Parochialis in villa Padew Curatus Principalis Actor in termino hodierno, ex citatione literali è Cancellaria Officii præsen legitimè sub die Sexta mensis et Anni Curren extraditæ et expeditæ ac debite ut a tergo apparebat, per Discretum Franciscum Kolasienski Ecclesiæ eigdem Padven Organarium executæ provenien contra Citatos infrascriptos verbo proposuit. Quia Ipsi non veriti pœnas in et contra violatores immunitatis Ecclesiasticæ in Bulla Cœnæ Domini et Sacris Canonibus sat severè Sancitæ optimè Scientes Agros et fundos Plebanales Padven per Actorem possessos fuisse et esse Ecclesiæ dotales, nulli exactioni et contributioni tam publicæ quàm privatæ obnoxios, Privilegiis Serenissimorum Regum Poloniæ ab omnibus Oneribus Specialiter exemptos, libertati et immunitati Ecclesiasticæ adscriptæ, etiam contra expressam mentem Domini Commissarii Sacræ Regiæ Mttis moderni, exactionem hybernalem ratione eorundem Agrorum Actori

privata

privata Authoritate imponere, atquè pro executione ad effectum extorquen
eiusmodi Exactionis vulgo Włoki dictæ milites Saxonicos Sacræ Regiæ
Majestatis ad Actorem eiusq; domum Plebanalem immittere, taliterq; immu-
nitatem Ecclesiasticam violare, et eundem Actorem non in modica damna, ac
iniustas expensas pro iisdem militibus, quos per oppressionem sustentare,
et qualibet die illis quatuor floren Polonicales et mensuram Avenæ pende-
re debuit, inducere ausi sunt ac præsumpserunt. Ipsos propterea pœnas con-
tra violatores immunitatis Ecclesiasticæ, et alias arbitrarias irremissibiliter
succubuisse declarari, ad solennem et publicam deprecationem Actori præ-
standam, refusionem damnorum et expensarum pro iisdem militibus, ac lite
moderna factæ, Iure median stringi et compelli, et nè talia unquam attenta-
re præsumant, seriò sub pœnis gravioribus inhiberi, aliaq; quæ de Iure
venerint, decerni, statui, sententiari, et promulgari, debita cum instantia po-
stulavit. Præsen laboriosis Valentino Lorgol Advocato, Stanislao Slu-
gowiec, Laurentio Zygmunt, Jacobo Brzeniczny Cmethonibus, suis toti-
usq; Communitatis Incolarum villæ Paden Regalis nominibus, comparen
Citatis ex adverso Principalibus, ex quo sint Citati Personæ Seculares, tum
quod Causa ratione fundi in Judicio terrestri cognosci debeat, Forum præ-
sens excipien. In contrarium Actor se ratione immunitatis Ecclesiasticæ
per Citatos violatæ agere, quæ Causa merè ad officium Spirituale iuxta
præscriptum Constitutionum Provincialium spectare dignoscitur, replica-
vit. Illustris et Admodum Rndus Dominus Canonicus et Judex Surroga-
tus Sandomirien Supramemoratus, attento eo quoniam Causæ violatæ
immunitatis Ecclesiasticæ inter causas fori Spiritualis median præscripto
Constitutionum Synodalium numerantur, ideo non obstan Citatorum excepti-
one, directam responsionem decrevit. A quo Decreto Citati ad quem de Iu-
re appellaverunt, quorum appellatio est refutata, iisdem iterum a Refuta-
toriis appellan. Et Dominus stetit in Decretis. Tandem sub tuitione appel-
lationis præfati Citati litem contestan milites pro executione Eiusmodi
ad Actorem non per se, sed per Dominum Commissarium S. R. M. esse
immissos, idq; pro exigenda contributione antedicta ex Agris nonnullis

per Admodum Reverendum Actorem possessis provenien allegaverunt, Seq ad eandem Executionem, nec consilio, nec iussu concurrisse dixerunt. In oppositum Actor Agros per Se possessos, ab omni exactione liberos et immunes proban Iura Ecclesiae et Privilegia Serenissimorum Regum exhiben libertatis ipsius Domini Commissarii moderni S. R. M. Sibi datam, ex qua praefatam Executionem motu Citatorum plenè deducitur esse attentatam, producen, et ut Supra instante Illustris et Adm Rndus Dominus Canonicus et Iudex Surrogatus Sandomirien Supramemoratus, auditis Partium propositis et responsis atq allegationibus, eoq attento, quoniam ex libertatione Domini Commissarii Actori data liquet Milites Saxonicos S. R. M. tanquam legum Nostrarum expertes, pro Executione Supradescripta intuitu Agrorum Ecclesiae Parochialis Padven dotalium ab omni onere cuiuslibet contributionis, Privilegiis Regum, prout in continenti doctum est, exemptorum per partem citatam ad Actorem eiusq Domum Plebanalem, cum enormi Ecclesiasticae immunitatis laesione fuisse et esse immissos, ideo Citatos videlicet laboriosos Valentinum Korgol Advocatum, Stanislaum Slugowiec, Laurentium Zygmunt, et Iacobum Pszeniczny villae Padew Cmethones, tanquam Eiusdem villae Principales, et praefatae violentiae motores, in Sententias Excommunicationis Bullae Caenae Domini incidisse declaravit, publicandosq ex ambona decrevit, et ad refusionem expensarum pro iisdem militibus factarum praevia liquidatione Actoris his coram Actis, eidem Actori praestan condemnavit, et ne Similia unquam attentare audeant, Sub paena Excommunicationis, et aliis arbitrariis inhibuit, et quatenus iidem citati ratione litis expensarum quinquè Marcas currentis monetae Actori intra triduum exolvant, mandavit, prout declarat, decernit, condemnat, inhibet, mandat Decreti Sui vigore ad praemissa median. A quo Decreto Citati ad Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Episcopum Cracovien appellaverunt. Actum Praesen Me Valentino Casimiro Piotrowicz Ecclesiae insignis Collegiatae Sandomirien vicedecano

Apostolico

Apostolico et Actorum Cenrii inibidem Notario.

Veneris Decima Septima Junii 1701.

Fundatio certa in Honorem Sanctorum Angelorum Custodum per Illustres Brolnicki et Zuchowski coram Perillustri et Reverendissimo Domino Christophoro Stanislao de Dembica Dembicki J. V. D. Cracovien Sandomirien Canonico et Officiali Archidiacono Zavichosten Praeposito Stobnicen Sacrae Regiae Majestatis Secretario ab Illustrissimo et Rndmo Domino Casimiro a Lubna Lubienski Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopo Heracleen Suffraganeo Canonico Sede vacan Episcopatûs Cracovien ac Ducatûs Severiensis Generali Administratore ad infrascripta Specialiter dato, et delegato Judice Commissario, ac in Eius publica Causarum audientia personaliter comparentes Perillustris et Admodum Reverendus Dominus Andreas Joannes Brolnicki Canonicus et Judex Surrogatus Sandomirien et Illustris Admodum Reverendus Stephanus Zuchowski J. V. D. Decanus Coprivnicen Parochus Sandomirien et Samborzecen infrascriptorum Censuum Fundatores Principales in termino hodierno ex literis Cridae in vim edicti publici unà cum commissione a praelibato Reverendissimo Dno Administratore de Data Cracoviae die Mercurii octava Mensis et Anni Curren emanatae, et debitè ut a tergo apparebat per Venerabilem Casimirum Zielinski M. O. Clericum executae provenien contumaciam omnium et Singulorum Sua ex adverso Jus aliquod aut Interesse ad infrascripta Se habere putan et praetenden pro die et termino hodierno iisdem literis Cridae legitimè Citatorum, et nec per Se, nec per Suos Mandatarios comparen accusaverunt, et in eorum Contumaciam Inscriptiones binas Censuum annuorum reemptionalium, primam Septuaginta floren Polonicalium, a Summa capitali mille florenorum Similium, in et Super

integra medietate Bonorum Szuliszow per Perillustrem et Reverendissimum Boguslaum de Bebelno Gostawski Leopolien. Kiiovien. Canonicum Galuszovien. Parochum, dictorum Bonorum Haeredem Anno Curren. feria quinta post Dominicam Exaudi proxima, secundam Centum quadraginta floren. a Summa Duorum millium in et Super praefatis Bonis per Eundem Perillustrem Gostawski in Castro Sandomirien. Anno praesen. Sabbatho post Festum Sanctae Priscae Virginis et Martyris proximo recognitas, in omnibus illarum et Singulis punctis, articulis, nexibus, et conditionibus universis approbari, confirmari, ratificari, robur Authoritatis Ordinariae et perpetuae firmitatis pariter et Decretum desuper apponi, dictae Summae Capitales unà cum Censibus ab iisdem provenien. libertati ac immunitati Ecclesiasticae et Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. adscribi, applicari, incorporari, inviscerari, onera huiusmodi Censuum imponi, et ad explen. sub onere conscientiae obligari. Literasq. approbationis, confirmationis in forma Solita extradi mandari debita cum instantia postularunt, easdemq. Inscriptiones et Censuum venerabilis Capituli Sandomirien. produxerunt. In praesentia Illustris et Adm. Rndi Lucae Skalski Canonici Concionatoris Sandomirien. Parochi Iąnkovicen. Suo et Illustris Admodum Reverendi Alberti Zagorny Concionatoris Succedaneorum nomine comparen. et intervenien. et obligationes videlicet Missas quinquaginta per Illustrem Zuchowski antedictae in Inscriptione appositas moderari et restringi peten. Ex adverso Illustri et Admodum Reverendo Zuchowski in restrictione earundem quinquaginta Missarum, ad triginta Missas liberè consentiente. Praesen. quoq. Reverendis Martino Zapczenski Vicepraeposito et Commendario Gorzycen. Laurentio Podgayski Vicecustode Suis totiusq. Communitatis Reverendorum Vicariorum Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. nominibus ad Solennem Missam et utrasq. Vesperas occurren.

o Festo

Festo Sanctorum Angelorum Custodum intuitu infradescriptæ Fundationis ministerium acceptan. Quarum Inscriptionum et quidem Primæ tenor est talis. Comparens personaliter coram Officio et Actis præsen. Castren. Capitanealibus Sandomirien. Perillustris et Reverendissimus Boguslaus de Bebelno Gostawski Leopolien. Kiiovien. Canonicus, Galuszovien. Parochus, medietatis villæ Szuliszow modernus. Hæres, Sanus mente et corpore existens, recedendo a Foro, Jure, Jurisdictioneq. Suaquavis competen. Se verò cum Successoribus ac Bonis Suis omnibus quo ad Actum præsentem attinet Jurisdictioni Officii præsen. incorporan. atq. plenarie subiiciendo, publicè libereq. ac per expressum recognovit. Quia Ipse Perillustri et Admodum Reverendo Casimiro Rzeczka Canonico Sandomirien. Decano Zavichosten. Præposito Tarloviensi Parocho Lassocinen. Ecclesiæ Collegiatæ Beatissimæ Virginis Mariæ Sandomirien. Venerabilis Capituli Procuratori, totiq. Eidem Venerabili Capitulo Sandomirien. nunc et pro tempore existen. Summam Septuaginta floren. Polonical. Censûs annui reemptionalis, pro Summa capitali Mille florenorum Polonical. a Perillustri et Adm. Reverendo Andrea Brolnicki Canonico et Judice Surrogato Sandomirien. Consistorii donata, et per Se Recognoscentem, de manibus ipsius die hodierna levata et percepta, (de qua Ipsum præsen. quietat) provenien. in infrascriptosq. usus iuxta mentem et ordinationem Eiusdem Perillustris et Admodum Reverendi Brolnicki, ita videlicet, ut quotannis pro vino ad Missas Angelicas Singulis feriis tertiis per Reverendos Psalteristas Ecclesiæ Eiusdem Collegiatæ Beatissimæ Virginis Mariæ Sandomirien. celebrari Solitt. floreni quindecem, pro cera ad easdem Missas absolven. floreni quindecem, celebran. Missam Solennem Sanctorum Custodum, quolibet Anno occurren. festo Simul et utrasq. vespe-

ras floreni decem, ministrantibus verò ad eandem Solennem Missam, et u-
trasq; vesperas duobus Presbyteris floreni quinq; reliquum autem Census
Eiusdem ad Massam Venerabilis Capituli cedat et convertatur. convertens
in et Super tota, et integra medietate Bonorum præfatorum Szuliszow
cum Curia et Prædio ibidem Sitis, tum agris, pratis, campis, Sylvis, piscinis, la-
cubus, rubetis, virgultis, indaginibus, fluviis, fluminibus, aquarum decur-
sibus, tum Subditis Cmethonibus, Hortulanis, Inquilinis, eorumq; laboribus,
Censibus, dationibus, tributis, vectutis, vigiliis diuturnis, nocturnisq; taber-
nis Tabernatoribus, molendinis, molendinatoribus, cumq; toto præfatorum
Bonorum Iure, Dominio, proprietate, prærogativa, competentia univer-
sa, tum fructibus, Proventibus, redditibus, utilitatibus, commodis, emolumen-
tis, attinentiis, et pertinentiis, generaliter universis, nullis penitus exceptis,
nec pro Se Suisq; Successoribus, aut alio quopiam reservatis, Sed omnibus
in genere, et Singulis in Specie comprehensis, generi per Speciem, et e-
contra in nullo derogando, verùm ita latè longè circumferentialiter
què, prout eorundem Bonorum hæreditas Se in Suis metis et limitibus
extendit, et continetur, et prout eadem Bona ipsemet Recognoscens
tenuit, habuit, et possidebat, tenereq; habere, et possidere debebat, ac i-
psum concernebant, Sibiq; legitimè Serviebant, iam exnunc et defacto in
vim Dotis reemptionis, aliàs na Wyderkaff vendidit et inscripsit, et mo-
do reemptitio defacto assecurat per præsentes. Quam quidem Summam
Suprascriptæ Septuaginta floren Polonicalium Census Annui reempti-
onalis idem Recognoscens Perillustris et Reverendissimus Boguslaus
de Bebelno Gostawski Leopolien Kiovien Canonicus Parochus
Gałuszovien Se ac Suos Posteros, Bonorumq; præfatorum Summa Ca-
pitali et Censu præfato oneratorum, tam in parte quàm in toto Hære-
des, et quosvis pro tempore existentes possessores, præfato Perillustri

et Admodum Reverendo Procuratori Venerabilis Capituli nunc et
pro tempore existen inscribit et obligat praesentibus hinc pro die et festo
Nativitatis Sancti Joannis Baptistae in Anno futuro Millesimo Septin-
gentesimo Secundo incidenti sicque consequenter pro quolibet Anno
et Festo praefato Annis et festis praefatis sese continuè et immediatè se-
quen incipien eiusmodi Censûs solutionem aproximè in Anno praesenti
venturo festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistae mediante manuali..
Perillustri et Admodum Reverendi Procuratoris Venerabilis Capitu-
li nunc et pro tempore existen qua pro Authentica censeri debebit..
quietatione datorum solutorum et ad residentiam Eusdem Perillustris
et Admodum Reverendi Procuratoris Venerabilis Capituli nunc et pro
tempore existen per suum proprium Nuntium transmissurum idq sub vadio
Summa Capitali correspondenti mille florenorum Polonicalium per praefatum Recogno-
scentem Perillustrem et Rndmum Bogislaum de Bebelno Gostawski Leopo-
lien Ziiovien Canonicum Paladum Galuszovien et Ipsius posteros Bonorum
praefatorum Censu et Summâ capitali oneratorum Haeredes et quosvis nunc
et pro tempore existen possessores praenominato Perillustri et Admodum
Reverendo Procuratori Ublis Capituli nunc et pro tempore existenti
in casu non solutionis Census praefati annui reemptionalis pro tempore
et loco supra expressis tam in toto quàm in parte toties quoties opus..
fuerit ad solvendum succumbendo etiam omnunc idem Recognoscens Perillu-
stris et Rndmus Bogislaus de Bebelno Gostawski Canonicus Leopolienssis
Ziiovien Parochus Galuszovien dat et admittit praesen praenominato Perillustri
et Admodum Reverendo Procuratori Venerabilis Capituli nunc et pro..
tempore existen in Bona praefata Censu eodem annuo et Summa Capi-
tali praefatâ onerata realem intromissionem cum actuali pacificaque..
possessione usufructione quandocunq voluerit acceptan per ministe-
rialem quemcunq sibi ad id duxerit eligen ipsi iam omnunc ab officio
praesenti additum et deputatum debitq et tenebitur idem Recognoscens
Perillustris et Rndmus Bogislaus de Bebelno Gostawski Leopolien dio-

viensis Canonicus Parochus Gałuszovien. prout se ac suos Posteros Bonorumq. praefatorum Summa capitali, et censu praefato oneratorum Haeredes et quosvis pro tempore existen. possessores, de et super Bonis suis generaliter omnibus inscribit et obligat praesen. ipsum et eius Succedaneos ab omni impetitione Juridica, quarumcunq. Personarum, Status, Sexus et conditionis, cuiusvis existen. occasione Census eiusdem Annui, Bonorum praefatorum Censu eodem annuo, et Summa Capitali oneratorum exoriunda in omni Judicio et Officio Regni, suis propriis Sumptibus, et impensis toties quoties opus ferit, tueri, defendere, evincere, et intercedere, ac ubilibet indemnem eundem Perillustrem et Admodum Reverendum Procuratorem Venerabilis Capituli nunc et pro tempore existen. reddere, nec non Bona praefata, censu eodem annuo, et Summa praefata capitali oneratt. ab omnibus Juribus et Inscriptionibus prioribus, et posterioribus, si quae in eisdem Bonis per quemcunq. personarum cuicunq. factae et recognitae fuerunt, tum a quibus Citationibus in eadem Bona importatt. et importan. lucris deniq. perluctis, ac processibus Juris quibusvis, in eisdem Bonis Censu eodem annuo, et Summa capitali oneratt. obtentt. et obtinen. in quocunq. puncto et gradu Juris dependen. emundare, et eliberare, mundaq. et libera Bona eadem Semper facere, ita ut praedictus Perillustris et Admodum Rndus Procurator Venerabilis Capituli, nunc et pro tempore existens Censum praefatum annuum quolibet Anno et Festo praefato, sine quovis impedimento recipere possit et valeat, idq. sub simili et Seorsivo Vadio Summae capitali correspondent. mille floren. Polonicalium, per praedictum Recognoscen. Perillustrem Reverendissimum Boguslaum de Bebelno Gosławski Leopolien. Kiioviensem Canonicum Parochum Gałuszovien. et Ipsius posteros, Bonorumq. praefatorum censu annuo

et Summa

et Summa praefata capitali oneratt haeredes, et quosvis pro tempore existen
possessores praenominato Perillustri et Admodum Reverendo Procurato-
ri Venerabilis Capituli, nunc et pro tempore existen in causa non completio-
nis praemissorum omnium et Singulorum, tam in toto quam in parte toties quo-
ties opus fuerit ad solvendum Succumbendo, pro quo quidem vadio, Se-
u vadiis praefatis Seorsivis et specialibus, taliter ad Solvendum Succubitis
ac re aliqua principali, ex praemissis non completa, complenda nihilominus
citatus existens memoratus recognoscens Perillustris et Reverendissimus
Boguslaus de Bebelno Gostawski Leopolien Kiiovien Canonicus, Paro-
chus Galuszovien Sive ipsius Successores, Bonorumq praefatorum Censu..
annuo et Summa praefata capitali oneratt haeredes, et quivis pro tempore
existen Possessores citati existen ad instantiam praenominati Perillustris
et Admodum Reverendi Procuratoris Venerabilis Capituli, nunc et pro
tempore existen ad Officium praesens Castren Capitaneale Sandomiriense
extunc recessu Suprascripto, quo ad responden et Inscriptioni praesenti
in toto Satisfacien median in primo Citationis termino tanquam perempto-
rio Stare, parere, respondere, pro vadioq praefato, Seu vadiis praefatis Se-
orsivis et Specialibus taliter ad Solvendum Succubitis, ac re ipsa Principali
pro qua ex praemissis non completa complenda tamen citabitur, Satisface-
re debebit et tenebitur; seq ac Suos obligat posteros, ipsum primum perempto-
rium terminum, et alios omnes consequen causae eiusdem terminos Semper
peremptorios, vera infirmitate pro majori minorennitate Successorum, lega-
tione intra vel extra regnum, Servitio militari, Suorum Successorum, ac ad
munimenta, vel aliis quibusvis legalibus impedimentis, vel dilationibus..
non differendo ad quietationem ultra proximos Officii praesen Castrensis
Capitaneal Sandomirien terminos, dilationem Sibi non recipien, nullasque
motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, tum praemissa
omnia poenis Simplicibus vel triplicatis, evasionibus, fataliis Iuris, praescri-

totius Villae Trzesnia. 3tio. Post villam Nabrzezie et Prædia Societatis
dictae tum ex fundis et agris dotalibus eiusdem Ecclesiae Trzesnen. is
per Parochum consemina di solitis. 3tium. Utrum Ecclesia Parochialis
Trzesnen. habeat Census aliquos et Subditos, et per quot dies laborantes
tum utrum habeat aliquod Theloneum. 4tum. Quo pretio una Sexage-
na frumenti taxari et aestimari debeat. 5tum. Seu Proventus et red-
ditus Ecclesiae Trzesnen. annis tribus 1700. 1701. 1702do per Rndum
Grzybowski percepti iusto pretio aestimati, ad quantam Summam ascendere
possint. 6tum. Quales Expensas fecit Reverendus Grzybowski, pa-
tim in Ministros Ecclesiae partim in ipsam Ecclesiam. 7mum. Quis
Domum Rectoralem demolitus Trzesnen. quae fuit residentialis in fun-
do Dotali, sita, et quonam facta sint ligna ex ipsa domo, tum cuius

Valoris fuerit ista domus, vel similis quo sumptu ædificari possit. 8vum
Quod Reverendus Grzybowski Ecclesiam Trzesnen tam ab extra quam
ab intra summopere desolavit. Primus Testis Reverendus Joannes
Dachowicz Vicarius Ecclesiæ Trzesnen, hodie celebravit, iuravit. Ad 1mum
Habet Laneum Dotalem per Parochum conseminari solitum. Prata duo ex quo-
bus duos aceruos fæni colligit quindecem Imperialibus æstimandos. Hor-
tum obtinet, liberam incisionem in Sylvis, liberam Piscationem in lacu et flu-
vio. Theloneum ex Ponte, quem Parochus una cum Hærede Villæ repara-
debet, Subditos Hortulanos et Inquilinos. Decimas unam ex Villa integra S.
Kolniki, Secundam ex tota Villa Trzesnia tam Prædialem quam Cmethona-
lem et Hortulanorum, tertiam post Villam Nabrzezie, tum ex Prædio Kocie-
lowskie dicto. Item ex certis Agris Villæ Zarzekowice, quæ solvitur quinde-
cem floren Polonical. Item habet communia et libera pascua. Ad 2dum
Sexagenas frumentorum omnis grani et seminis percipere potest circiter
261. Ex Decimis uti in Anno 1700. percepit effective. Ex Agris verò et fundis
Dotalibus, quot colligi possint, nescit, Causam Scientiæ dedit, quia ex istis fundis
clandestinè convehere consvevit. Ad 3tium. Censum in Villa Nabrzezie
habet floren circiter 14. Subditi sunt Decem, duo laborant per biduum
reliqui per unum diem. Theloneum habet. Ad 4tum. Nescit. Ad 5tum
Proventus unius Anni istius Ecclesiæ æstimari possunt debitè ad summam
trecentorum Imperialium. Aliquando stante Caritate rerum, prout fuit in
Anno 1700, possunt ad majorem summam ascendere. Anno verò præsenti
1702do non ascendunt supra ducentos quinquaginta Imperiales, quod
Milites frumenta conseminata adhuc in Agris existen consumpserint.
Ad 6tum. Solvit Vicario Imperiales octodecem, Vinum procuratur
ex Carbona Ecclesiæ, Cera a Parochianis datur sæpissimè. Minister Ecclesiæ
unus, nihil accipit stipendii. Ad 7mum. Domus Plebanalis demolita
per Reverendum Grzybowski, ligna deportavit in Villam Wielowies, ex qua-
bus ædificavit Pistrinum Familiæ ibidem in Wielowies, nescit cuius sit valoris.
Ad 8uum. Parietes Ecclesiæ putrefacti, arboribus suffulti. Altaria deteri-
orata, apparamenta lacerata. Secundus Testis. Reverendus
Andreas Radomski Vicarius in Wielowies, hodie celebravit, iuravit.
Ad 1mum. Laneum Dotalem quem Parochus seminat, Pratum ex quo

duo acervi

duo acervi fœni colliguntur; reducunturq ad valorem quinquedecem Imperialium. Incisio in Sylvis et piscatio in lacubus et fluvio. Item pascua communia et libera, Theloneum quod vidi in Iuribus Ecclesiæ istius conscriptum, Subditi Hortulani et Inquilini, Decimæ. Prima in villa Trzesnia tam Prædialis quam Cmethonalis Hortulanorum et omnium Incolarum, Secunda in villa regali Sokolnicki post omnes Cmethones et Incolas, et molendinum nemine excepto. Tertia in villa Nabrzezie et Prædio Kocielow dicto. Item ex certis agris in Zarzekowice pecuniaria. Ad 2dum. In Anno 1700 261. Sexagenas ex Decimis omnibus collectas numeravi. Ex Agris verò et fundis Dotalibus, non constat quàm multæ. Ad 3tium. Habet Censum in villa Nabrzezie Subditi sunt octo, duos, dies, aliqui unum in hebdomada laborant. Theloneum est in Iure. Ad 4tum. Nescit. Ad 5tum. Trecentos Imperiales pro quolibet Anno Proventus huius Parochiæ ferre possunt, ut in Anno 1700 et 1701mo tulerunt. Annus autem præsens 1702dus non potest facere tantum propter incursiones militum devastantium frumenta in agris. Ad 6tum. Non nisi pro vicario octodecem Imperiales expendit, pro Ecclesia nihil. Minister unus Ecclesiæ sed illum non Salariat. Ad 7mum Domum Plebanalem ad villam Wielowies transvexit, ibidemq ædificavit ex lignis domûs istius Pistrinum. Ad 8uum. In Ecclesia nullus Ordo, nihil reparavit, nihil ædificavit, prorsus tota intus et extra desolata est. Tertio Testis Generosus Dominus Gaspar Kozuchowski Annorum Sexaginta confessus pro Festo præsen. B. M. Virginis, iuravit, iustitiæ favet. Ad 1mum Agros habet fertiles et amplos, Prata, Hortum, libera pascua, Piscationem et incisionem in Sylvis liberas. Theloneum ex Ponte fluvii Czarna Rzeka quem Parochus si comparabit percipiet. Decimam habet manipularem post totam villam Trzesnia, post villam Sokolnicki regalem. Item post Nabrzezie et Kocielow, quas percipit, ex Zarzekowice verò pecuniaria penditur. Ad 2dum. Sexagenarum frumentorum in Agris Dotalibus excrescen. numerum scire nequeo. Ex Decimis autem videlicet de Prædiis Trzesnia, quod in antecessum arendabam, potest habere Sexagenas tritici aliquando Nonaginta, aliorum verò frumentorum, circiter quadraginta.

Ex villa verò Trzesnia et Regali Sokolniki non memini. Ex prædio Kocie-
low possunt esse tritici, Siliginis et hordei Sexagenæ triginta sex. Ad
3tium. Census et Subditos habet, sed nescio quot. Ad 4tum. In anno
1700 Valebat una Sexagena tritici, Siliginis, et hordei duobus imperialibus. An-
no verò 1701. octo florenis, præsen. verò nondum crevit pretium rerum ob cala-
mitatem communem ex bello præsen. quo per Dei Gratiam Sedato, magna
rerum in Regno Speratur caritiés. Ad 5tum. Proventus per Reverendum
Grzybowski percepti quolibet Anno faciunt Summam circiter trecentorum
Imperialium rectè pensando. Ad 6tum. Nullas Expensas fecit, pro
Ecclesia nisi pro Vicario octodecem Imperiales, in vim Stipendii annui. Ad
7mum. Scio procertò et veracissimè quòd Reverendus Grzybowski Domus
Plebanalem Trzesnen. demolitus est, nè Vestigium Parochi relinqueret. Valor
istius Domûs extenditur circiter ad 100 Imperiales. Ad 8uum.
Stante Possessione Reverendi Grzybowski ruina Ecclesiæ magna.
Quartus Festis. Gnosus Jacobus Dzieżynski Annorum circiter 50.
Confessus pro Festo Porciunculæ, Scit necessaria Salutis iuravit. Ad
1mum. Sunt fundi dotales Sat ampli et fertiles, Prata, pascua, incisio
in Sylvis, piscatio in lacubus versus Ecclesiam, Theloneum ab antiquo,
Subditi, Hortus et Decimæ manipulares omnis grani et Seminis post
totam villam Trzesnia et Prædium Eius, post villam Regalem Sokolniki
Nabrzezie, Kocielow, et Zarzekowice. Ad 2dum. Ex omnibus Deci-
mis potest habere Sexagenas Semitrecentas omnis grani et Seminis. Ad
3tium. Habet Censum in Villa Nabrzezie. et Subditos per duos dies, aliquis
per unum diem in qualibet hebdomada laboran. Ad 4tum. Una Sexa-
gena in Anno 1700 dabat Coretos Semiduos tritici, et Siliginis. Jam autem
Coretus unus protunc tritici valebat duos Imperiales, Siliginis vero de-
cem tynphones, hordei octo. Ad 5tum. Omnes isti Proventus su-
pra recensiti, quos percepit Reverendus Grzybowski in Anno 1700.
iustè æstimati possunt ad quadringentos Imperiales, pro quolibet autem
Anno facit Summa ex Proventibus Parochiæ Trzesnia, etiamsi non sit
caristia trecentos Imperiales. Ad 6tum. Paucas expensas, et id so-
lum pro Vicario Salariando octodecem Imperiales annuatim fecit Re-

verendus

verendus Grzybowski. Ad 7mum. Domum Plebanalem a Reverendo Politowicz Parocho olim Trzesnen. ædificatam Reverendus Grzybowski demolitus, et ex hac materia lignorum fecit sibi domum circa Ecclesiam in Wielowies. Ista autem domus demolita valebat circiter centum Imperiales. Ad 8uum. Stante Possessione Antecedaneorum Parochorum fuit in statu bono ista Ecclesia, modo autem est devastata, neque extra Sepimenta circa se, neq intra pavimentum habens ex incuria Summa Reverendi Grzybowski. Quintus Testis. G. Jacobus Slonski Annorum circiter 70. confessus pro Festo Nativitatis Bssimæ iuravit, scit necessaria Salutis. Ad 1mum. Habet Laneum Agri, Prata ex quibus duo Acervi fæni leguntur, incisionem, pascua, piscationem, Hortum, Theloneum, Censum, Subditos octo. Ad 2dum. Ex Laneo Agri per Parochum conseminati solito circiter Centum quinquaginta Sexagenas omnis grani et Seminis habere potest: ex Decima Parochiali villæ Trzesnia tritici aliquando Septuaginta, aliquando Sexaginta, aliquando quinquaginta; Siliginis verò Sexaginta quinq, Hordei viginti, Avenæ quinquaginta, Pisi, Millii per duas Sexagenas. Causam Scientiæ dedit, Serviebam Tenutariis istius Prædii, et Ipse extradebam. Altera Decima post totam Villam Trzesnia, tertia post Villam Regalem Sokolniki, post Nabrzezie et Zarzekowice. Ad numerum Sexagenarum ignoro. De Zarzekowice verò pecuniaria solvitur. Ad 3tium. Habet Censum in Nabrzezie, Subditos alios per unum, alios per duos dies laboran. Ad 4tum. Non possum taxare Sexagenam, quia varium est pretium rerum. Ad 5tum. Istius beneficii Annuales Proventus taxari possunt ad 400 Imperiales circiter. Causam Scientiæ dedit. G. Dominus Kozuchowski arendaverat hoc Beneficium pro Summa trecentorum Imperialium, Sed sibi excepit et reservavit Decimam Prædialem et Cmethonalem Trzesnen. quæ iustè æstimatur, et Semper æstimari potest 150 Imperialibus. Ad 6tum. Expensas modicas fecit Reverendus Parochus Wielowiesnen. Quia tantum Salariabat unum Vicarium, alios verò ministros iniuriabat, pro Ecclesia verò nihil expendit. Ad 7mum. Domum Plebanalem Reverendus Grzybowski de

portavit

portavit in Wielowies pro alio ædificio, et hoc fecit propter extinguendum Parochum Trzesnen. qui semper et distinctus regebat hocce Ovile. Ad actauum. Miserrimus Status huius Ecclesiæ Stante hoc detentore Reverendo Grzybowski. Testimonii verò præinserti Illustris Leszkowski tenor de verbo ad verbum est talis. Præsentibus notum facio et fidele veritatis testimonium super his exhibeo. Quomodo Annis superioribus in reali et actuali Possessione Ecclesiæ Parochialis Trzesnen. nuncupatæ Diœcesis Cracovien. per biennium existens plenè et indubitanter perspexi, omnes et singulos Proventus ac redditus eiusdem Ecclesiæ ex vi fundationis et non deterioris Suæ Dotationis, ad duo circiter millia floren. annuatim ascendisse. Quinimo Succedentibus Annis Signanter verò Anno 1698tio, tum 1699. et 1700. Stante magna caristia rerum et excessivo pretio frumentorum in hoc regno, certè credo eosdem Proventus ad tria prope millia processisse. Proinde iteratò bonâ fide profiteor et recognosco, et hanc Meam recognitionem manu propriâ subscribo. Casimirus Leszkowski Sacra Authoritate Notarius Canonicus Tarnovien. Decanus Michocinen. Parochus Ranizovien. Datum in Residentia mea Ranizoviensi Die vigesima Secunda Novembris Anno 1702do.

Sequitur Annus 1703tius.

Decima tertia Mensis Februarii.

Protestatio Generosi Grabkowski contra Perillustrem Kuczkowski.

Coram Officio et Actis præsen. Conrii Sandomirien. personaliter constitutus Gnosus Michaël de Grabki Grabkowski Suo et Generosæ Teressiæ de Borzykowa consortis Suæ nomine, Principalis omni meliori modo, in et contra Perillustrem et Admodum Reverendum Stanislaum Kuczkowski Canonicum Camenecen. Præpositum Czyzoviensem Parochum Zonioviensem manifestatus est, idq' in eo. Quia idem Manifestans quamvis Contractum cum Suprascripto Perillustri Kuczkowski respectu Annualis Possessionis Bonorum ad Beneficium Zoniovien. Spectan.

Anno

Anno proximè et immediate elapso 1702do de actu illius in Bonis Villæ Czyzow trigesima Januarii inivezit, et pro certa Summa in Contractu specificata (exceptâ Seorsivâ Summâ mutuò data, et pro tempore in dicto Contractu præfixo, videlicet pro Festo Sancti Jacobi Apostoli, in Anno immediate præcedenti præterito non exoluta, nec per dimissionem Decimæ, ut Sonat Contractus, compensata, ratione cuius tum et usus fructûs et damni etiam præsentis manifestatur) Bona eadem in Arendatoriam possessionem accepezit, illicò Summam eandem pro Arenda compactè exolvezit, prout id ipsum, quietatio in Contractu apposita fusiùs edissezit, quam Summam dum obstantibus calamitosò præsentis tempore, atq grassantibus hostilitate in Segetibus, tam crescentiæ Plebanalis quam Decimarum, tum ratione exactionum pro milite Svetico, damna non mediocria suo loco et tempore Specificantibus inferentibus: nullatenus Manifestans percipere valeat, et non modò aliquò laboris Sui præmiò verùm nec Summâ in Arendam datâ gaudere et potiri queat; ideo inhærentibus Justitiæ et æquitati de eiusmodi in tenuta Sua damnis, et non perceptione Summæ tam intuitu Contractûs, quam mutuò datæ, iterum atq iterum manifestatur. Offerendo se inhærentibus contractui præfato, eundem Perillustrem et Admodum Rndum Luczkowski ratione præmissorum avisaturum, et prætensiones Suas, amicabilibus qua par est, modis vindicaturum. Salvo Jure. Actum Præsentibus Me Valentino Casimiro Piotrowicz Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien. Vicedecano Aplico et Actorum Consistorii inibidem Notario.

Veneris vigesima tertia Februarii 1703.

Relatio Executæ Citationis Romanæ ex instantia Perillustris Sczuka contra Perillrem Luczkowski.

Coram Officio et Actis præsentibus Consistorii Sandomiriensis personaliter constitutus Rndus Paulus Mirus Presbyter Diœcesis Cracoviensis Principalis in vim veræ ac fidelis intimationis infrascriptæ recognovit, qualiter Ipse die 22da Mensis et Anni Currentis personaliter accedens Perillrem

et Adm Rndum Stanislaum Kuczkowski Canonicum Camenecen in Czy-
zow et Zonion Parochum, Ipsi copias Citationis infrascriptæ, à Sancta Sede
Aplica emanatæ, horis pomeridianis in residentia Plebanali Villæ Czyzow
ad manus proprias reddidit, eundemq citavit, terminum in Citatione expres-
sum denuntiavit et assignavit, et in majorem præmissorum fidem manuscri-
â propriâ Subscripsit. Paulus Mirus Presbyter Diœc. Cracovien. infrascriptæ
Citationis Executor, huiusmodiq Suam relationem ad Acta præsen admitti
petijt, quod prout de Iure obtinuit. Præsen Rndo Alberto Koszycki
Ecclesiæ Collta Sandomirien vicario, Venerabili Francisco Skrzypski
Scholæ ad eandem Eccleam Collegiatam Rectore Meq Valentino Casi-
miro Piotrowicz præfatæ Ecclesiæ Collta Sandomiriensis Vice Decano
Aplico et Actorum Consistorii inibidem Notario. Cuius Citationis
memoratæ præfato Perillustri Kuczkowski intimatæ, et ad
manus eius proprias traditæ tenor de verbo ad verbum est
et Sequitur talis. Fabritius tituli Sancti Chrysogoni Sanctæ
Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Spada nuncupatus Signaturæ
Iustitiæ SS. Domini Nostri Papæ Præfectus, ab eodem Ssimo Specialiter
deputatus. Universis et Singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis,
Decanis, Diaconis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurarijs
Sacristis, tam Metropolitanæ, quam Cathedralium, Collegiatarum, Canonicis,
Parochialium Eccleārum Rectoribus, Seu regentibus, earundem Pleba-
nis, Vice Plebanis, Capellanis, Curatis, vicarijs perpetuis, Altaristis, cæterisq
Presbyteris, Clericis, Notarijs, et Tabellionibus, publicis quibuscunq illique
vel illis, ad quem vel ad quos præsen Nostræ Literæ pervenerint, et qui-
bus præsentabuntur, Salutem in Domino, et Nostris Seu verius Aplicis
fidem indubitatam adhiberi, ac firmiter obedire mandatis. Noveritis
nuper coram Nobis pro parte et ad instantiam R.D. Iacobi Sczuka
Canonici Cathedralis Cracovien Principalis comparitt et expositum extitit

Se

se, qualiter ipse intendit adire plenam Signaturam Iustitiæ in Causa et causis inter se interpositæ ex una, et R. D. Stanislaum Kuczkowski ex principalem partibus ex altera, in eaq́ proponi facere per unum ex Eiusdem Signaturæ Referendarijs Commissionem tenoris sequen; videlicet. Cracovien Canonicatus. Beatissime Pater. Cum Iacobus Sczuka Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Cracovien devotus Sanctitatis vestræ Orator reperiatur.. in pacifica et quieta possessione Canonicatûs eiusdem Ecclesiæ adeo, ut nemini liceret Eum quomodolibet molestare; insurrexit nihilominus quidam Stanislaus Kuczkowski Adversarius et sub prætextu prætensæ incompatibilitatis, nulliter subreptitiè, atq́ iniustè Literas Apostolicas provisionis Eiusdem Canonicatûs in sui favorem extorsit, easq́ nonnullis Iudicibus dirigi, et fortasse exequi curavit, cum maximo præiudicio D. Oratoris, qui providè sentiens se valde læsum et gravatt humiliter supplicat S. V. quatenus dignetur Causam et causas appellationis et appellationum huiusmodi, nec non attentatorum, et innovatorum quorumcunq́, ac restitutionis in integrum, prout de Iure unà cum omnibus inciden, emergen, dependen annexis, et connexis, totoq́ negotio principali, ad quam et quas circumscriptt, vigore dictt assertarum Literarum factis, seu quomodolibet secutt, alicui ex Sacri Palatii Apostolici Auditoribus committere, et mandare cum facultate citan et inhiben quos quibus quoties et quando opus fuerit omnibus diebus, Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, stylo Palatii et Curiæ, cæterisq́ contrarijs non obstan quibuscunquè statutionibus pro plene. Et proinde Nobis instatt, quatenus sibi ad Eius effectum literas citationales necessarias et opportunas, contra et adversus præfatum R. D. Stanislaum Kuczkowski ex principalem, omnesq́ alios in exordio præsen nominan et cognominan, extra Rom. Curiam et ad partes concedere et decernere dignaremur. Nos itaq́ attenden requisitionem huiusmodi fore iustam, et petitioni consonam, et quod iusta peten non est denegandus assensus, ad effectt

Partium literas Citationales, ut infra decrevimus et concessimus, prout decernimus et concedimus per præsen. Quocirca omnibus vobis et singulis Suprascriptt. et vestrum cuilibet in solidum tenore præsen. committimus, et in virtute Sanctæ Obedientiæ strictè præcipien. mandamus, quatenus statim visis et receptt. præsen. et postquam præsen. vigore fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus ex parte Nostra imò verius Aplicâ Authoritate præfatt. citetis, et citari curetis eundem R. D. Stanislaum Kuczkowski ex principalem, omnesq. alios, in Extomē præsen. nominan. et cognominan. quos et Nos earundem tenore præsen. citamus, quatenus die Sexagesimâ ab executione præsen. computan. si dies illa Juridica fuerit, alioquin primâ die Juridicâ extunc immediate sequen. compareant Romæ in Judicio legitimè coram Nobis, sive infra scripto Rndmo Auditore, ad dicen. causam, quare præinserta Commissio omnino proponi et Signari non debeat, in prima seu alia Signatura, deinde coram Nobis facien. ac causam eorum gravaminis allegaturi, nec non de et super præmissis de iustitia responsuri, illasq. et alia facturi, dicturi, allegaturi, et recepturi, prout Justitia Sancta debet et suadebit, et ordo dictaverit rationis. Certifican. eosdem sic citatos, quod sive in dicto Citationis termino comparuerint, sive non, attamen dicta præinserta Commissio omninò proponetur in dicta plena Signatura, et Nos nihilominus ad omnia et singula præmissa procedemus, citatorum contumacia vel absentia in aliquo non obstan. taliq. absolutionē. In quorum fidem datum Romæ ex Palatio Nostro Solitæ residentiæ hac die quarta Januarij 1703tio. Locus X. Sigilli. Cerrus Auditor Joannes Leonus Archivi Romanæ Curiæ Scriptor.

Prima Mensis Martii 1703

Protestatio

Protestatio Spectabilis Sztykadzki contra Reverendum Bielak.

Coram Officio et Actis præsen. Con̄rii Sandomirien. personaliter constitutus Spectabilis Albertus Sztykadzki viceadvocatus Civitatis Sandomirien. Principalis omni meliori modo Solenniter in et contra R̄ndum Paulum Bielak Præcentorem Mansionariæ Sandomirien. protestatus est, eandemq̄ Protestationem per se confectam ad Acta præsen. obtulit, et sibi Authenticè extradi postulavit. Præsen. Me Valentino Casimiro Piotrowicz Ecclesiæ Coll̄tæ Vicedecano Apostolico et Actorū Con̄rii Sandomirien. Notario. Cuius Protestationis tenor de verbo ad verbum sequitur eiusmodi. Coram Officio et Actis Con̄rii præsentis Sandomirien. personaliter constitutus Famatus Albertus Sztykadzki Archiscabinus civitatis præsen. S. R. M. Sandomirien. Solenniter Officio præsen. in et contra Admodum R̄ndum Paulum Bielak gravi cum Animi sui dolore protestatus est in eo. Quia Ipse nulla iustitiæ et æquitatis, dilectionisq̄ proximi præceptis Divinis præcautæ habitâ ratione, nescitur quonam iniustô contra se Protestan̄ flagrans odio (nisi forte illud verum sit: quòd veritas soleat odium parere), locò alicuius gratitudinis seu tenti debiti cum gratitudine exolutionis, dum et quando modernus Protestans certam pecuniæ quotam, videlicet triginta florenorū grossorum decem Polonicall̄, tam pro liquoribus circa Contractū cum Civitate respectu tenutæ Prædii Civitaten. accept̄, quàm et panno debit̄, solutionem tamdiu ꝓstolans, urgeret, urgentemq̄ necessitatem suam exponeret, præfatus Adm̄ R̄ndus Bielak se pecunia solidorum boratinicorum carere allegavit, sed cùm responsum a Protestan. debitum suum in argentea vel aurea moneta recipere volen. audisset, extunc ad mentionem Auri expenden̄ irâ contra Protestan̄ excandescens, malo Angelo

Se potiùs, quàm cuipiam aureum nummum expenden (heu quid non cogis mortalium pectora auri sacra fames) asserens Protestan contumelia affecit, atq ulteriùs pro solutione instan violenter ex residentia sua ejecit, verbis famam et Natalitia laeden contemptuavit, baculosq ad percutiendum exclamavit obediente familiâ seu pueris januam ad Mansionariam claudi fecit, Protestanq causâ effugien tanti contemptûs ad residentiam Admodum Rndi Rudzki Mansionaristae diverten, diù cum pueris percussionem praecipien ex sola mentione auri facien in porticu expectavit. Deinde existens injuriosq Praedii Civitaten Arendatorius Possessor, dum certô tempore, imò post elapsum tempus accedens Spectabilem Proconsulem Civitatis ad facien excerptionem intempestivè avisaret, Protestansq tunc inibidem praesens (ut eius intererat, conditionem contractûs exponens illegitimam tardamq, et per contractum obstan antecedenn conditionibus restrictam allegaret requisitionem, extunc pristinum resuscitans idem Adm Rndus Bielak contra Protestan odium, ad practicatas rediit contumelias, contemptuatum et in Natalitijs honestis laesum Protestan colaphisare voluit. Impeditq a colaphisatione inferen ab adstan Populo, ad plateam exiliens ignominiosissimis affecit verbis etiam occiden et solven allegan. Deniq cum in Anno proximè et immediatè elapso 1702do contributio fumarlis pro exercitu Suetico exolven immineret, ipse privatâ authoritate iniuriosae taxae et exactioni praesidens, ut Protestans plus aliis aequalibq sibi tynphonibus viginti daret, procuravit, et iuxta taxam et proportionem erga alios quadraginta tynphones recipere recusavit, seu potiùs taxam ad saxaginta tijnphones extulit. Sed cùm Protestans summam quadraginta Tynphonum proportionatam erga alios similes sibi offerret, renitenti verò Admodum Rndo Bielak, ut ex tenta sibi debita reliquum

iuxta

iuxta illius velle attribueret, submissè diceret; extunc irâ accensus, præsen. et ad inferen. violentias Neptis suæ maritum inductum accersit, et verba publicô ore hii zabii takiego a takiego syna, przetniy pijsk ÿ na tę ÿ na tę stronę, ia to zapłacę, nos zsobą łoktuszę na kosci, et alia his similia aliquoties repeten. animavit, posteriori eventu in loco loci exponen. id ipsum probant. His necdum contentus ut intentioni malevolæ satisfacere posset, etiam in manus hostium protunc Sandomiriæ existen. exutâ omni Christianâ pietate Protestan. tradere præsumpsit, atq; fortissimè allegan. Protestan. ad solutionem Ducentorum duorum tynphonum teneri, ut idem Protestans sub custodia detineretur, atq; ignominiosissimè sub alterna custodia hostili, humi sub mensa prostratus, hostibus in se exspuen. pedibus conculcatus tractaretur, factô cum reliquis Personis Protestan. nescitur ex quonam infensis condictamine effecit, usq; adeo ut Protestans quo se de manu hostium et arcta custodia eliberare posset, nec obolum debens, summam Ducentorum duorum tynphonum enumerare deberet, videnq; tantopere sibi infensum et inimicum eundem Admodum Reverendum Bielak consulendo ulteriori vitæ suæ et salutis integritati, nunquam resipiscere, sed proficere in malitia sua, contra se eundem Admodum Rndum Bielak videns, relictâ omni substantiâ suâ domesticâ, (per quod ad duo millia floren. Polonicalium damni passus) alio concedere, et per varia loca tuendo salutem suam non sine dispendio etiam in vialibus, plusquam ad ducentos floren. Polonical. expenso, discedendo, ad propria ob eiusmodi metum venire non valens, aliquot septimanis apropriis sese absentare laribus cogeretur. Ad extremum propositi et mandati Marito Neptis suæ dati memor, violentiarum recentissimè in Persona Protestan. non ex alia ratione, quam ex motivo eius perpetratarum, et vix non occisionis, (cui miraculosè Divinâ Providentiâ Protestans salvus evaserit) et ut in hucusq; de vita sua Protestans a præfato illius Neptis marito non sit bene securus, author et motor extitit. Quapropter cum ꝑmissa Divinis præceptis de charitate proximi sicut suimet ipsius, tum et huma-

nis legibus sint opposita, de eiusmodi iniurijs, damnis, comminationibus, factoq; Officio præsen. Protestans iterum, atq; iterum protestatur. Salvam sibi præsen. Protestationis auctionem vel meliorationem reservando, et se præmissa omnia licitis de Iure modis et medijs vindicaturum offerendo.

Mercurii Septima Martii.

Recessus a Causa per R. Jagninski Parochum in Gory Nobili Haraczkiewicz intentatt.

Coram Officio et Actis præsen. Con.rii Sandomirien. in præsentia Illustris et Admodum Reverendi Domini Andreæ Brolnicki Canonici et Iudicis Surrogati Sandomirien. personaliter constitutus Admodum Rndus Stanislaus Jagninski Parochus in Gory Principalis non coactus, non compulsus, vel aliquô alio errore circumventus, sed palam, sponte, liberè ac per expressum, verbisq; disertis recognovit. Quia Ipse habitâ intra se maturâ deliberatione, ac ex probabilibus præsumptionibus, tum ex varijs Personis infrascriptt. casui adhæren. et præsen. disquisitione, atq; aliis et singulis, tam suæ Personæ et infrascriptt. Nobilis Haraczkiewicz, quàm temporis, loci, et consensus amicabilis circumstantijs bene trituratt., tum eô consideratô, quod seipsum in probatione suæ intentionis præconceptæ defecisse et deficere idem Recognoscens agnoscat, effugiendoq; litigia, ac ob bonum pacis, ab Actione Nobili Vincentio Haraczkiewicz Bonorum Villæ Dwiekozy Administratori ratione certarum personalium prætensionum, et signanter casualis suimet Recognoscen. ad Aulam Villæ Dwiekozy ad prandium 1701. 7ma Iulii iustô affectu et verâ amicitiâ invitati, concussionis, sive convulnerationis p. eundem Nobilem Haraczkiewicz quasi inflictæ, in quocunq; Iudicio cuiuscunq; Iurisdictionis et fori, præsertim Con.riali et Castren. Sandomirien. Officio intentatt. et instituta; ac ab omni Processu in hac causa quomodocunq; et a quibuscunq; Personis, etiam a suis Gnosis Dominis Germanis nomine sui Recognoscen. affectatè gesto et formato, recessit, huiusmodiq; recessum

pleno

plenô consensu, et habitâ sufficien. deliberatione factæ, his coram Actis approbaṇ eundem Nobilem Vincentium Haraczkiewicz de Suprascriptæ processu et Causa ac de Protestationibus et obductionibus, sive per se, sive per alias Personas Sibi Sanguine iunctæ, ratione assertæ concussionis uti merè casualis et accidentalis, motuq; in aliam Personam, videlicet cuiusdam discreti Casimiri Wnorowski Baccalaurei excessivè in eodem consessu se gerenti et temerè procedenti directô, attentatæ, in quocunq; Officio præcipuè Conziali et Castren. Sandomirien. confectæ quietavit, et liberum fecit: à facultate criminaliter agendi in hac causa ab Illmo et Rndmo Dno Administratore Cracovien. moderno obtenta supersedit. Plenipotentias sive mandata Procuræ in quascunq; Personas etiam Generosorum DD. Germanorum, itidem in quocunq; Officio tam Spirituali quam Seculari, ad promoven. huiusmodi causam, recognitæ retractavit et revocavit; imò contra omnes Personas ad causam eiusmodi (a qua defactò et plenè recedit) quocunq; titulô, colore vel prætextu tuen. et promoven. sese ingeren. mezissimum casum prænarrati facti agnoscendo, solenniter manifestatus est; prout recedit, quietat, retractat, revocat, supersedit, manifestatur, præsen. personali recognitione, et manus suæ propriæ in præsentia Testium fide dignorum appositione. Viceversa Nobilis Vincentius Haraczkiewicz præmissum Adm. Rndi Stanislai Jagninski Parochi in Gory recessum et quietationem acceptan. eundem Adm. Rndum Parochum, de suis prætensionibus personalibus, exinde quomodolibet subortis; tum de reconventione super iisdem prætensionibus, in Officio præsen. Conziali Sandomirien. contra eundem Admodum Rndum Parochum factæ sive facien. quietavit præsen. recognitione ad præmissa median. Actum Præsen. R.R. Alberto Nicolao Koszycki Ecclesiæ Collatæ Sandomirien. Vicario, Valentino Rudzki eiusdem Ecclesiæ Collatæ Mansionario. Meq; Valentino Casimiro Piotrowicz prædictæ Collegiatæ Vicedecano Apostolico et Actorum Conzii inibidem Notario.

Decima Mensis Martii 1703

Constitutio Procuratorum per Illustrem et

Adm Rndum Rzeczka Cancum Sandomiriensem.

Coram Officio et Actis praesen Concii Sandomirien personaliter constitutus Illustris et Adm Rndus Dominus Casimirus Franscus Rzeczka Cancus Sandomiriensis, Decanus Zawichosten, Praeptus Tarlovien Parochus Lassocinen Principalis omnibus melioribus, quibus melius, firmius, validius ac efficacius, de Iure forma, via, stylo, potuit ac debuit modis, in suos veros legitimos, ac indubitatt Procuratores et Mandatarios, videlicet Gnosos Franciscum Wloskiewicz, Andream Moranti, Excellen Sebestianum Musiewicz, Philosophiae Doctorem, Albertum Krzyzanski Apostolicum Notarium Cancellariae Concii Gnalis Cracovien Regen, in solidum, in omnibus et singulis causis tam ex Actoratu, quam reatu, tam ex conventione quam reconventione et interventione, coram quovis Iudicio, Tribunali, et Subsellio Fori Spiritualis, ratione quarumvis rerum, iniuriarum, ptensionum, Decimarum retentt, censuum non Solutt, cum quibuscunq Personis incidenn et verten nomine Constituen comparen, easdemq causas promoven, tuendum agen, defenden ac debito fine servatt omnibus servan ac solitis terminis Processus Iudicii Ordinarii, licitis tamen et honestis terminan, Sententias in favorem sui Constituen tam Interlocutorias quam Definitivas obtinen, a contrarijs et gravaminosis appellan, appellationesq prosequen, aliaq Iuris vel facti remedia opportuna et necessaria adhiben, etiamsi talia essent, quae magis Generale vel Speciale, quam praesen est expressum requirerent Mandatum, aliis in forma Mandati Procuratorii constitutivi plenissima cum facultate alios Mandatarios in locum suum Substituen constituit, elegit, ac Solenniter ordinavit, et inscripsit, prout constituit, eligit, ac Solenniter ordinat, et inscribit. Promittens Actum Praesen Me Valentino Casimiro Piotrowicz Ecclesiae Collegiatae Sandomirien Vicedecano Apostolico et Actorum Consi-

storii

Stodii inibidem Notario.

Lunae Duodecima Martii.

Plenipotentia per Perillrem Kuczkowski.

Coram Officio et Actis praesen. Conctii Sandomirien. personaliter constitutus Perillustris et Adm. Rndus Dominus Stanislaus Albrachtus Kuczkowski Canc. Camenecen. ad Cancatum Ecclesiae Cathedralis Cracovien. Fundi Krzeclawska Provisus Apostolicus institutus Principalis omnibus melioribus, quibus melius firmius, validius, de Iure forma, via, Stylo, potuit ac debuit modis, in Suos Veros legitimos ac indubitatos Procuratores et Mandatarios, videlicet clarissimos et consultissimos Ioannem Carolum Missiroli Vlissem, Vincentium Sesinium, Gregorium Sebastianum Malinowicz absentes tanquam praesen. in solidum cum facultate unum vel plures Mandatarium vel Mandatarios in locum Suum cum simili vel limitata potestate substituen. eundemq. seu eos, quoties visum fuerit revocan. constituit, elegit, inscripsit, et solenniter ordinavit. Eiusdem Constituen. nomine ac pro eo Ipso in omnibus et singulis causis, signanter in causa et actione Iudiciaria, occasione impugnatae Provisionis Sui ad praefatum Canonicatum Cracovien. fundi Krzeclawska legitime in Curia Romana obtentae, alias prout in propositione huius Causae originali solennius continetur, coram quocunq. Iudicio, Tribunali, Subsellio, Auditorio, Curiae Romanae Iurisdictionis Ecclesiasticae inciden. et verten. comparendum, recursum per Adversarium, videlicet Perillustrem et Admodum Reverendum Iacobum Sczuka Canonicatus praeinserti Cracovien. Possessorem, et Provisionis Sui Constituen. oppositorem, Ecclesiae Collegiae Sandomirien. Scholasticum, Parochialium in Oppido Opole, Praepositum, in Kliczkowice et Pobiedrze Beneficiorum distinctorum et incompatibilium Parochum, hac in causa ad Curiam Romanam factum inadmissibilem pronuntiari peten. terminos quosvis tam accidentales quam Substantiales Processus Iudiciarii Curiae Rom. observan. causam eandem promoven. tuen. Decreta tam Interlocuto-

tia quam definitiva pro parte sui constituen. ferri et in scriptis promulgari po-
stulan. a contrariis et gravaminosis ad quem de Iure appellan. appellationes
interpositas prosequen. aliaq. omnia et singula pro more et praxi Curiae Romanae
pro termini et Processûs exigentia Iuris vel facti remedia necessaria et oppor-
tuna, licita et honesta dicen. geren. agen. procuran. exercen. expedien. ac exequen.
etiamsi talia essent, quae magis speciale vel generale, quam praesen. est expressum
requirerent mandatum, aliàs in forma mandati Procuratorii constitutivi ple-
nissima et perfectissima. Promittens &c. Actum Praesen. Nobili Stanislao Gurski
Publico Notario. Meq. Valentino &c. ut supra.

Mercurii Decima quarta Martii 1703.

Instigator contra Rndum Komornicki Parochum Niekrasoviensem.

Coram Illustri et Admodum Reverendo Domino Andrea Brolnicki
Canonico et Iudice Surrogato Sandomirien. ac in Eius publica causarum
audientia personaliter comparens Instigator Officii praesen. Principalis
Actor in termino hodierno ex citatione literali debite ut a tergo appare-
bat executa provenien. citatum infrascriptum ad responden. certis punctis
et articulis super vita, moribus, scandalis aliisq. inconvenientibus, quarum
seorsivam schedam porrexit, Iure median. stringi, et quod Iuris et Iu-
stitiae est decerni, statui, et sententiari, debita cum instantia postulavit
Praesente Admodum Reverendo Francisco Iaxa Komornicki Paro-
cho in Niekrasow citato ex adverso Principali puncta propositionis
contra se proposita vera esse negan. Illustris et Admodum Rndus
Dominus Canonicus et Iudex Surrogatus Sandomirien. supranomi-
natus attentâ citati negativa responsione, Inquisitionem iuratoriam su-
per punctis negatis in loco loci expedien. esse decrevit, ad quem effectu
commissarios, videlicet Illustres et Admodum Reverendos Stephanum

Zuchowski

Zychowski Sandomirien. Decanum Coprinnicen. Joannem Kalisz Sandomirien. Canonicos in Włostow Parochum, ex parte Actorea, Illustrem et Admodum Rndos Casimirum Siecinski Tarnovien. Cancum in Michocin. Stanislaum Woyciesski J. V. D. in Koprzynnica Praepositos ex parte citata nominatos deputavit, et in Personas Eorum Literas Commissionis extradi mandavit, non obstan. unius ex utraq parte absentiâ. Actum Praesen. Illustri et Admodum Rndo Casimiro Rzeczka Canonico Sandomirien. Decano Zavichosten. Praepto. Tarlovien. Parocho in Lassocin. Meq Valentino Cut Supra.

Sub Eodem Actu.

Decimarum post Advocatiam Villae Kamien ad Ecclesiam in Jezowa.

Coram Illustri et Admodum Rndo Dno Andrea Joanne Brolnicki Canonico et Judice Surrogato Sandomirien. Eiusq Judicio personaliter comparens Reverendus Jacobus Koszycki Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. Vicarius Admodum Rndi Jacobi Rogowski in Jezowa Parochi Principalis Actoris Procurator inscriptus, in termino hodierno ex citatione Speciali debitè executi provenien. contumaciam citati Generosi Andreae Zielinski Advocatiae in villa regali Kamien Possessoris, in causa occasione non extraditionis Decimae manipulatis, post eandem Advocatiam in Kamien provenien. et ad Ecclesiam Jezovien. spectan. idq post sublationem Processus contumacialis, coram Judicio praesen. mot. ac verten. pro die et termino hodierno non comparen. et directè non responden. accusavit, ipsumq taliter citati contumacem reputari, et in Eius contumaciam id, quod de Jure est, decerni postulavit. Et Illustris ac Admodum Rndus Dominus Canonicus et Judex Surrogatus Sandomiriensis Supranominatus praefatum Generosum Zielinski Advocatiae Regalis Villae Kamien possessorem, in termino hodierno, directè non responden. in causa Superius descripta, quinimò non comparen. Suadente iustitiâ contumacem reputavit, et in Eius contumaciam Literas Executo:

riales ad effectum directè respondeṇ, cum Spatio novem dierum relaxavit. Præsen. Me Valentino &c. ut Supra.

Sub Eodem Actu.

Deputatio Instigatoris.

Illustris et Admodum Rndus Dnus Andreas Brolnicki Canonicus et Iudex Surrogatus Sandomirien. ex Speciali consensu Perillustris et Reverendissimi Domini Christophori Stanislai Dembicki I.V.D. Cracovien. Sandomirien. Canonici et Officialis, Præpositi Stobnicen. Sacræ Regiæ Mtis Secii Reverendum Iacobum Koszycki pro Instigatore Officii deputavit, Ipsiq; quatenus munus Suum diligenter et fideliter obeat, Seriò iniunxit. Actum Præsen. Me Valentino &c. ut Supra.

Vigesima quinta Aprilis 1703

Protestatio Perillustris Dembicki

Coram Officio et Actis præsen. Consistorii Sandomirien. Meq; Notario infrascripto personaliter constitutus Perillustris et Reverendissimus Dominus Christophorus Stanislaus de Dembica Dembicki Cracovien. Sandomiriensis Canonicus et Officialis Præpositus Stobnicen. Sacræ Regiæ Maiestatis Secretarius, Principalis Solenniter in et contra Generosum Moszynski manifestatus est, ratione Subditorum clavis Zloten. post expirationem Contractûs, et stante possessione Reverendissimi Capituli Cracovien. nuper per Reverendum Iacobum Orzechowski fundatâ, in Sua obsequia et labores evocationis, usurpationis, facien. id in grave præiudicium Reverendissimi Protestan. eiusdem clavis Zloten. Regentis, certorumquè pecorum in Suas Villas evectionis, ratione quorum præmissorum iterum atq; iterum protestatur. Offerens Sec. Actum Præsente Generoso Ioanne Drozdowski. Meq; Valentino &c. ut Supra.

Veneris vigesima Septima Aprilis.

Instigator contra Rndum Krolikowski.

Coram Illustri et Admodum Reverendo Domino Andrea Joanne Brolnicki Canonico et Judice Surrogato Sandomirien. Eiusq. Judicio personaliter comparens Instigator Officii praesen. Principalis Actor accusavit contumaciam Reverendi Matthaei Krolikowski in termino hodierno ex literis Sublevationis unà cum Citatione ab Officio praesen. emanatt. provenien. non comparen. et in Eius contumaciam eundem Citatt. in easdem censuras et poenas in causa ratione temerarii recessûs ab Ecclesia Parochiali Woyciechovien. incurrisse, occasione autem violatae Censurae, stante eo quod Excommunicatus Sacrosanctt. Missae Sacrificium celebraverit, aliaq. Divina Officia persolverit Irregularem declarari, et pro dispensatione ad quem de Jure remitti instanter postulavit. Illustris et Admodum Reverendus Dominus Canonicus et Judex Surrogatus Sandomirien. Supranominatus, praedictum Venerabilem Krolikowski ad Ecclesiam Parochialem in Bidziny commoran. citatt. diutius ultra horam Solitt. audientiae expectatt. non comparen. originaliter ratione recessus ab Ecclesia Parochiali Woyciechovicen. contra Suam Provisionem iuratoriam attentati, ad citatum, et Decreto Judicii praesen. quatenus rediret ad eandem Ecclesiam Woyciechovicen. adstrictum Iudicatumq. ob non paritionem rei Judicatae excommunicatum, ad praesens verò in termino ex literis Sublevationis per Actorem in honorem festorum obtentt. nec per Se, nec per Suum Mandatarium comparen. Sublevationemq. a Suprascriptis Censuris contra Se latt. ad quam se toties traxit producen. et petiit multoties, ac obtinuit dilationem, non producen. quinimo non comparen. meritò Suadente Justitiâ contumacem reputavit, ac in Eius contumaciam eundem in poenas et Censuras Suprascriptt. reincidisse declaravit: ratione verò violatae Censurae, quod videlicet postintimatt. Sibi literas Executoriales in causa praesen. ad parendum rei Iudicatae emanatt. tum existens Decreto Judicii praesen. Suspensus ab exercitio Suorum Ordinum ob metum incursus in Canonem sine remorsu Consci-

entiæ in vilipendium clavium Jurisdictionis Ecclesiasticæ tremendum Missæ Sacrificium celebravit, Sacramenta administravit, Irregularem pronuntiavit, et pro dispensatione ad quem de Jure remisit, eidemq Citato Literas declaratorias intimari esse decrevit. Actum Præsen. Me Valentino ut Supra.

Lunæ Trigesima Aprilis

Spectabilis Sztykadzki contra R. Bielak

Coram Illustri et Admodum Reverendo Domino Andrea Joanne Brolnicki Canonico et Judice Surrogato Sandomirien. ac in Eius publica causarum audientia personaliter comparens Famatus Adalbertus Sztykadzki Civis Sandomirien. Principalis Actor, in termino hodierno ex citatione literali, debitè ut a tergo apparebat executa provenien. et in diem hodiernum legitimè inciden. Citatum infrascriptum ad responden. certis punctis et articulis, super prætensionibus tam realibus, quam Personalibus sibi Actori per Citatt. illatis, quarum seorsivam Schedam iudicialiter produxit, Jure median. stringi et compelli debita cum instantia postulavit. Præsente Reverendo Paulo Bielak Ecclesiæ Collegiatæ Sandomiriensis Mansionario citato ex adverso Principali copias punctorum sibi concedi postulante. Illustris et Admodum Rndus Dominus Canonicus et Judex Surrogatus Sandomiriensis Supranominatt. auditis præmissis copias prætensionum Supradictarum Citato communicari mandavit, et terminum ad respondendum ijsdem decimam quintam Mensis Maj Anno Curren. proximè venturam præfixit et assignavit, eundemquè terminum conservavit. Actum Præsente Me Valentino Casimiro Piotrowicz Ecclesiæ Collegiatæ Sandomiriensis Vice Decano Apostolico et Actorum Consii inibidem Notario.

Mercurii Secunda Mensis Maj. 1703.

Ingrossatio Sententiae Definitivae in Curia Rom. latae coram Officio et Actis praesen. Conrii Sandomirien. personaliter constitutus Perillustris et Adm. Rndus Dominus Jacobus Antonius Mozielnicki Ecclesiarum Cathedralis Camenecen. et Colltae Sandomirien. Canonicus, Parochialis Woyciechovicen. Praeptus, Principalis tenens et habens Suis in manibus Senteam Definitivam Sacrae Rotae, in causa inter Illrem et Adm. Rndum D. Josephum Georgi Canonicum Sandomirien. immediatt. Antecessorem Suum, et RR. Abbatissimam et Moniales Monasterii S. Andreae Cracovien. occasione occupationis et appropriationis certae Sortis Oppidi Zawichost, in Privilegio Erectionis descriptt. tum incisionis lignorum in omnibus bonis ac liberi lacus cum Suis pertinentijs adjacentijs in Ostrogi Sitt. atq. liberorum pascuorum, ac aliarum rerum in Processu huius Causae expressarum in Curia Romana, in quarta instantia mota ac decisae, in favorem Canci Sandomirien. de die Decima Sexta Decembris Anno 1695to latt. et vigore eiusdem Decreti Commissionem ad liquidandum redditus et proventus ex iisdem Bonis occupatt. de quibus res est emanatam, eandem ne aliquo casu depereat, aliàs ad omnem meliorem finem Actis praesen. inseri et ingrossari postulavit, quod in quantum de Jure obtinuit. Actum Praesen. Me Valentino Casimiro Piotrowicz Ecclesiae Colltae Vicedecano Apostolico et Actorum Conrii Sandomirien. Notario. Cuius Sententiae tenor de Verbo ad Verbum sequitur talis. Serenissimo Potentissimo et Invictissimo Principi, et Dno Dno Regi Poloniae Magno Duci Lithvaniae, Rusiae Prussiae, Masoviae, Samogitiae, et Livoniae aliorumq. Dominiorum Vestrorum felicis prosperitatis augmentum, nec non Illrmo et Rndmo Dno Dei et Sanctae Sedis Apostolicae gratia, pro Sancta Sede Apostolica in Regno Poloniae Nuntio Apostolico commoran. nec non Illrmo ac Rndmo Domino Episcopo Cracovien. ac Illrmis et Rndmis DD. Archiepiscopis et Episcopis viciniorib. eorumq. et cuiuslibet Ipsorum in Spiritualibus, et tempo-

ralibus DD. Vicariis et Officialibus, Universis quoq; et Singulis RR. DD. Ab-
batibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus,
Thesaurariis, Sacristis, tam Cathedralium, quam Collegiatarum Canonicis, Parochi-
aliumq; Ecclesiarum Rectoribus, seu Regentibus, eorundemq; Plebanis, Vicelebra-
nis, Capellanis, Curatis, et non curatis, nec non Monasteriorum et Ordinum qua-
rumcunq; Generalibus et Provincialibus, Ministris, Guardianis, Fratribus, Mona-
chis, Regularibus, Conventualibus, exemptis, et non exemptis, caeterisq; Presbyteris
Clericis, Notariis, et Tabellionibus, publicis quibuscunq; per Civitatem et Diaecesim
Cracovien., et alias ubilibet constitutis, et eorum cuilibet in solidum, nec non Illmis
et Excellmis DD. Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus,
Baronibus, Domicellis, Capitaneis, Consulibus, Justitiariis, Advocatis, et Curiarum
quarumcunq; Majoribus, et Praefectis, Scribis, Servientibus, Praeconibus, Officialibus,
Justitiaeq; Ecclesiasticae et Secularis Ministris, aliisq; Dominis et Personis Jurisdictio-
nem Spualem, temporalem, et Ordinariam, per Regna et Dominia Regni Poloniae
Subjecta, et alias ubilibet exercen. et constitutis, et eorum cuilibet, in solidum
illiq; vel illis, ad quem, seu quos praesen. Nostrae literae pervenerint, aut praesen-
tabuntur, omnibusq; aliis et Singulis, quorum interest, interesse, aut interesse poterit,
quomodolibet in futurum, quibuscunq; Nominibus censeantur, et quacunq; digni-
tate praefulgeant. Jacobus Emerili J. V. D. Utriusq; Signaturae Sanctissimi Dni
Nostri Papae Referendarius, et Eiusdem Sanctissimi Capellanus, et Ipsius Sa-
cri Palatii Aplici Causarum, ac Sacrae Rotae Rom. Auditor. Decanus, Causaeq;
et Causis ac Partibus infrascriptis in locum Domini Rndi Alexandri Beni-
anisae dictae Sac. Rotae Auditoris, et praesen. causae Judicis Commissarii Sub-
rogati in locum Rndmi Hernaultis primo loco, huiusmodi Causae Judicis
Commissarii Subrogatus Salutem in Domino, et in commissis diligentiam
facere, Nostrisq; huiusmodi, imò verius Aplicis firmiter obedire mandatis

Noveritis quod introducta lite et causa in partibus coram Rndmo Dno Nuntio Apostolico in Regno Poloniae commoran. inter R.D. Josephum Georgi Canonicum Sandomirien. ex una et R.D. Abbatissimam et Moniales Sancti Andreae Cracoviae, ex altera, Partibus, de et super reintegratione ad possessionem Bonorum, de quibus agitur, et infertius describetur, rebusq aliis idem Illustrissimus et Rndmus Nuntius ostibus visis, viden. consideratisq considerandis Suam in Scriptis ad favorem dicti Rndi Domini Canci Josephi Georgi Principalis taliter et promulgavit Senteam definitivam tenoris Sequen. Christi Nomine invocato pro Tribunali Seden. et solum Deum prae oculis haben. per hac Nram definitivam Senteam, quam de Iurisperitorum consilio fecimus, in his Scriptis in causa et causis, quae coram Nobis in prima, seu alia vetiori verse fuerunt, et vertuntur instantiis inter R.D. Josephum Georgi Cancum Sandomiriensem Actorem ex una, et R.R. Abbatissam et Moniales Monasterii S. Andreae Cracovien. Ord. S. Clarae partibus ex altera, de et super confirmatione, vel infirmatione Decreti lati in Iudicio Eppali Cracovien. in quo fuit demandata probatio, ac si praescriptionis ad favorem Monialium praefatarum allegatae, de et super reintegratione petita à Cancis praediorum in quibusdam arvis et Domibus in Oppido Zawichosten. existen. in declivitate Montis circa Vislam a claustro protenden. ab una parte, et ab alia versus occidentem proceden. ab Angulo claustricum omnibus suis ripis, privatim quo ad omnes, rebusq aliis, dicimus, decernimus declaramus, pronuntiamus, et definitive Sententiamus male processum et iudicatum recte ad viam, quae ducit Sandomiriam de Zawichost, usq ad aliam viam, quae ducit ad vislam, nec non super manutentione seu reintegratione in Iure inciden. ligna in Borris Villae Boron, et obtinen. libere lacum, qui est in Ptrqgi, et bene appellatum ac proinde facien. ea, quae Iudicium a quo facere debuisset, dicimus dictum Dominum Canonicum Georgi uti Possessorem Praebendae Canonicalis Sandomiriensis Supti reintegran. fore et esse in dictis Arvis Zavichosten. et

In hoc Statu post Sanatas nullitates proponitur disertissimo Judicio R. R. P. P.
præinsertum concordatum dubium affirmative resolven. prout humillime Supplic-
amus. Videtur enim Soli Reverendo Domino Piotrowicz Principali adiu-
dican. Ecclesia Parochialis in Trzesnia, quia Ipse solus a legitimis Patronis præ-
sentatus, Canonicam ab Ordinario reportavit Institutionem, dicto Summario
Numero 8. confirmatt. a Nuntio Apostolico dicto Summario Numero 9. Nec ul-
lum Jus in vel ad prædictam Ecclesiam habere potest R. D. Christophorus Adver-
sarius ratione decantatæ Unionis factæ de Anno 1595, huius Nostræ Ecclesiæ
illi alteri Ecclesiæ Parochiali in Wielowies, quam dictus Adversarius possidet.
Quia licet dicta Unio per Nos non impugnetur, tamen quia è contra Adversarius
impugnare n. pt. Decretum Disunionis, Secutum de Anno 1627. cum consen-
su eorundem Patronorum dicto Summario Numero 2. Utiq. idem Adversarius
fateri debet, unionem omninò remotam fuisse, et nostram Ecclesiam Parochialem
restitutam fuisse pristino Statui libertatis cum præfato Decreto Ordinario.
Cracovien. dicto Numero 2. quod de ullo nullitatis vel iniustitiæ vitio notari
minime potest. Tum quia factum fuit ab Ordinario hanc haben. facultatem
concessam a Sacro Concilio Trident. tum etiam quia omnino necessaria erat di-
cta Separatio, nam cum Unio Secuta fuerit ob præcisam causam redditum di-
minutionis, quam Nostra Ecclesia patiebatur, cumq. ad dictam Unionem Pa-
troni consensus accesserit cum Specifica conditione, donec et quousq. redditus
augerentur dicto Summario numero 1. Utiq. dato redditum augmento proba-
to in Decreto disunionis dicto Numero 2. Separan. erat necessariò nostra Ec-
clesia et suo proprio Pastori restituen. iuxta notissima Jura. Quibus adiungit
prædictum Separationis Decretum nullo modo posse hodie ab Adversario.

impugnari, cum pacifice fuerit acceptatum, de dicto Anno 1627. ab illo tunc temporis Parocho Possessore Ecclesiae in Wielowies, cui haec Parochialis fuit unita et transivit in rem iudicatam, quae facit de altero nigrum, iuxta Notas Iuris regulas. Insuper dato etiam, non autem concesso, quod non adfuerit praedictum disunionis et Separationis decretum, adhuc cum haec Nostra Ecclesia Parochialis reperiatur in Statu collativo, usq; a dicto Anno 1627. de dicta unione nulla amplius venit habenda ratio, quia talis Status collativus de directo repugnat unioni, quae impedit vacationem eo quia unita non vacant. Lotter de re benefic. lib. 1. quaest. 28 num. 104. Rota decisione 114. num. 6. part. 2. divers. cavaler. decisione 373. num. 3. Bich. decisione 431 numero 9. et in Recen. decisione 564. numero 13. par. 6. Hic Status collativus, in quo Nostra Ecclesia Parochialis reperitur, impugnari minime potest, quia probatur ex Summario numero 3. de eodem Anno 1627. Statim post factam Separationem, hanc Ecclesiam fuisse concessam ad Patronorum praesentationem Paulo Galuszovien. ex Summario 4. legitur fuisse concessam ob mortem dicti Ioannis de Anno 1653. Benedicto Borezynski ob cuius obitum Secutum de Anno 1664. tanquam libera pariter ab ordinario fuit concessa Stanislao Politowicz dicto Summario numero 5. ob cuius mortem Secutam de Anno 1694. pariter ab ordinario eiusdem Ecclesiae institutio facta fuit dicto numero 7. et 8. licet ab Adversario in litem controversa ad excludendam Unionem exuberan. sunt enumerati Status Collationum, quia Nobis sufficit ultimus Status iuxta notam literam textus in cap. Consultationibus de Iure patron. Mares coe Var. resol. lib. 1. cap. 55. per tot. et iuxta inconcussam opinionem quam tenet S. Rota d. dec. 431. num. 9. coram Bichio. Et ad clauden. omnino os Adversarii, et penitus de medio tollen. hanc unionem, dicimus, quod etiamsi Decretum Disunionis non adfuisset, adhuc praedicta Ecclesia considerata in libero Statu collativo per spatium Septuaginta Annorum, satis acquisivit libertatem, ad quam praescribendam sufficit lapsus 40 Annorum Anton. de Butr. in cap. pervenit Num. 3. de censibus. Bald. de praescript. parte 7. partis 5. principal. quaest. 8. numero 8. versu. Sed quaerit, quia eodem Spatio mutatur Beneficii Status, ut notat Glossa in cap. cum de Benefic. in 6. verb. legitima, et per hanc favorabilem libertatis praescriptionem, per quam res ad Suam revertitur Naturam haec Nostra Ecclesia Parochialis nulla habita antiquae unionis consideratione rediit ad Suum pristinum absolutum Statum, Submissum regimini, et gubernio proprii Rectoris curati iuxta Glossa in cap. ab exordio 35. distinct. l. si unus 27. §. sed si punctum versu quoties alias ff. de pact. notat. ibi Bartol. n. 27. et Tiraquell. de primogenit. quaest. 24. n. 5. et 6. Quare etc. Franciscus Marascellus Marianus. R. P. D. Caffarellio Cracovien. Parochialis pro R. D. Valentino Piotrowicz contra R. D. Christophorum Grabowski. Facti. Rom. Typis Rev. Camerae Apostol. 1703. Superiorum permissu. Cracoviensis Parochialis. R. Pater. Parochialis Ecclesia, de qua res est omni re adiudicanda venit Domino Valentino Principali, qui favorabilem institutionem

tutionem reportavit a Rndmo Episcopo Cracovien. Ordinario Collatore, et insuper geminas sententias eiusdem Institutionis confirmativas; Alteram Nuntii Regni Poloniae, et 2dam A. C. Petrae cum enim hodie quaestio non contingat super qualitate et natura Beneficii in petitorio ad terminos textu in cap. Cum de Beneficio de Praeben. in 6. sed de simplici institutione concedenda provisio a dicto Collatore Ordinario, ad huiusmodi effectum sat est docere, de ultimo Statu collativo, vel ad illius normam institutio regulari possit reservata ulteriori discussione Status contrarii iudicio petitorio instauran. pro futuris vacationibus, ut literaliter decidit notissimus text. in cap. Consultationibus de Iurepatron. in cap. querelam de elect. lotter. de re Benef. lib. 1. quaest. 34. num. 25. et 26. cum pluribus Seqq. Rosa de Execut. literarum Apostolic. 62. a num. 96. ad 210. Rota coram Seraphin. decis. 555. num. 8. et Seq. cor. bo. me. Ioan. Emerix decis. 147. num. 5. in Mediolanen. Praepositurae 26 Novemb. 1691. et 4. Iulii 1692. per totas coram Rndmo Decano in Barchinonen. Parochialis del Prat 13. Iunii 1695. § et licet cum Seqq. confirmata 2. Decembris eiusdem Anni à § expediti ad fin. cor. bo. me. Domino meo Ursino Decano, et caeteros concordan. reassumit in Melevitana Iurispatronatus 31. Martii 1702. § ex hac igitur cum Seqq. coram R. P. D. meo Scotto. In praesen. pro qualitate collativa Beneficii nedum assistit ultimus Status, qui ex praemissis sufficeret ad obtinen. Institutionem à proviso expetitam, sed adstipulantur tres Status uniformes praesen. Summario numero 3. cum duobus Seqq. Quocirca incalescit efficacia expensae regulae, et ultimus Status aliis praeceden. uniformis ad praemissum effectum semper praevalere debet, prout animadversum fuit in Mediolanen. Capellaniae 9. Mai 1701. § et tanto magis confirmata 5. Mai 1702. coram R. P. D. meo Priolo. Neque illum vincere aptus est Status contrarius Unionis, ut praefertur Secutae de Anno 1595. favore Ecclesiae Parochialis in Wielowies, quia ad retardan. institutionem proviso ab eo, qui habet assistentiam ultimi Status requiritur evidentissima Provisio Status anterioris, quae communi DD. calculo restringitur ad Instrumentum publicum, cui nihil obijci possit rem iudicatam claram et incontrovertibilem super proprietate aut qualitate Beneficii, et confessionem Partis undiq. manifestam, debet namq. taliter constare de Veritate opposita ultimo Statui, ut probatio sit liquidissima, nec in aliquo dubiat remaneat, ut praecaeteris monent, Abbas in cap. Consultationibus num. 9. de Iurepatr. lotter. de re benef. lib. 1. quaest. 34. num. 26. et 29. Rosa de Executor. par. 1. cap. 6. numero 100 et 103 Cardinal. de Luca de Benef. disc. 63 num. 11. et Sequen. Adden. ad Buratt. decis. 76. num. 16. Rota coram Merlin. decis. 385. num. 3. et Seqq. in Recen. decis. 215 num. 4. et 5. part 15. et in dicta Bononien. Parochialis del Prat. 13 Iunii 1695 to § dum igitur et 2 Decembris eiusdem Anni §. quapropter cor. bon. me. Ursino. Alias namq. remanen. in Statu cuiuslibet dubietatis ordinarius collator permanet in sua quasi possessione fulcita Iuris assistentia, et provisus ab eo auctoritativam institutionem consequitur Garz de Benef. par. 5. cap. 5. num. 2. et Seqq. Rot. coram Coccin. decisione 919. a num. 90. ad finem in Recent. parte 13.

decis. 514. in Juden. Parochialis 9. Junii. 1700. § ad effectum coram Illustrissimo Domino Magno Cancellario Mediolanen. et in dicta Melevitanu Jurispatronatus 31. Martii 1702. § minusq. ad everten. coram R. P. D. meo Scotto. Tales qualitas probationum Species pro unione militantes pars adversa non allegat, imo unicum antiquae unionis Instrumentum quod in medium profertur, nullam vel minimam relevantiam obtinet, etiamsi de eo agendum esset in formali Judicio petitorio, compertum namq. habemus in facto, quod recitata unio expleta ex certa causa diminutionis reddituum Parochialis, de qua res est, hebet insitam conditionem, donec aliqua Parochialium praedictarum in suis proventibus et emolumentis augentur sub qua et non alias Patronus Laicus unioni consensum praestitit Summario Numero 1mo. Unde est quod illa purificata et Parochialis redditibus congrue auctis Episcopus Cracovien. de Anno 1627. eadem Authoritate Ordinaria, qua processerat ad unionem, eam dissolvere decrevit cum praesentia et concursu Parochi in Wielowies Summario num. 2. Ita namq. ad Juris transmites fieri debebat; Siquidem unio facta ex certa causa, ea cessante dissolvitur, et in Specie procurata ad occurren. tenuitati reddituum illis auctis unio quoq. dirimi debet, ad text. in Clement. nè in agro. § ad hac de Stat. Monach. Rebuff. in praxi titul. de unionis revocatione num. 1. et 2. Caccialup. de Unione art. 9. Azor institut. Moral. par. 2. lib. 6. cap. 28. quaest. 21. et cap. 29. quaest. 4. Garz de Benef. par. 12. cap. 2. num. 305. et 305 in fin. Ventrigl. in prax. rer. notab. tomo 2. annotat. 8. § 2. num. 32. Rota divers. decis. 578. par. 3. et cor. Coccin. decis. 1012. num. 3. Qua equidem unionis dissolutione respectu causae firma manente minus oppugnari potest, respectu Solemnitatum extrinsecarum, ultra quod enim illarum interventum praesumit ipsa temporis antiquitas excedens metam 30 Annorum ad tradita per Cardinal. de luc. de Paroch. disc. 32. num. 4. de alienat. disc. 1. post num. 83. et de emphyt. disc. 73. num. 3. Rota coram Gregor. dec. 52. num. 2. coram Buratt. decis. 45. num. 6. coram Seraph. decis. 671. et 792. utrobiq. num. 1. ac in recen. decis. 94. num. 9. par. 7. ex ipsamet lectura Decreti comperimus informationes captas fuisse super reddituum incremento adminiculatas ex attestatione, quae datur praesen. Summario num. 6. ac insuper requisitum consensum Parochi, cui unio facta fuerat dicto Summario dicto Nro 2. quae citatio personarum in Unione interesse habentium est praecipua Solennitas ad ipsum effectum desiderata Rebuff. in prax. dicto titul. de unionum revocatione num. 26. Azor dicto cap. 29. quaest. 6. Garz citata par. 12. cap. 2. num. 308. et Ventrigl. tom. 2. annot. 8. § 2. num. 34. versu nec non etiam. Et ad illius validitatem confoven. concurrit observantia longaeva et diuturna, quae in una quaq. materia plurimum confert, iuxta text. in l. minimi

et in leg.

et in leg. de interpretatione ff de lege Rota coram Emerix Jun. dec. 364. num. 1. in rec. dec. 5. num. 17. et dec. 6. num. 7. par 14. in nostris terminis dec. 434. num. 7. et 8vo. par. 10. dec. 132. num. 6. par. 19. tom. 1. et dec. 502. num. 4. par. 19. tom. 2. Sed potentiùs in praesen. quia cùm involvat Statum collatiuum pacificè observatum Spatio Annorum 40. ille de per se satis esset ad praescribendam Vnionis dissolutionem, etiamsi de ea per publicum Instrumentum non constaret, ut per textum in cap. cum de beneficio de Praeben. in 6. in puncto Turricell. de union. cap. 12. num 23. ubi allegat Rotam in Bononien. Parochialis 24. Aprilis 1651. §. ponderatum fuit cor. bo. me. Melrio, et dec 857. num. 10. cor. Buratt. cum quibus concordat, Cardinal. de Luc. de Benefic. disc. 63. num. 2. Seraph. dec. 1227. num. 3. Merlin. decis. 128. num. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 7. n. 8. et par. 1. et dec. 65. num. 20. et Seqq. parte 11. Quare etc. Jo: Ascevolinus Advoc. R. P. D. Caffarellio Cracovien. Parochialis pro Reverendo Domino Valentino Piotrowicz contra Rndum Dominum Christophorum Grzybowski. Juris. Rom. Typis R. Cam:. Apostol. 1703. Superiorum permissu. Locus X. Stemmatis Pontificii depicti more Curiae Romanae. R. P. D. Caffarello. Cracovien. Parochialis. Lunae 18 Junii 1703tio.. Institutus Valentinus ab Ordinario Cracovien. ad Parochialem Ecclesiam in Villa Trzesnia, uti nominatus a Comitibus de Tarnow Patronis, Suae Institutionis a Rndmo Nuntio Poloniae in Secunda instantia, et hic in tertia a R. P. D. Petra Judice Delegato confirmationem obtinuit, Sed cum ultima Sentea, ob non integram transportationem Actorum, uti nulla a Signatura Justitiae fuerit circumscripta, et eadem mihi causam commiserit, exquisivi a DD. An Parochialis Ecclesia in Villa Trzesnia sit adiudicanda Valentino, eoq tantum informante, affirmativè fuerit resolutum. Etenim cùm quaestio non sit inter Episcopum et Patronum super pertinentia Juris patronatus eiusq natura et qualitate in Judicio petitorio discutienda ad terminos text. in cap. cum de benef. de Praeben. in 6. Sed agatur inter Valentinum a Comitibus de Tarnow praesentatum et Christophorum praetenden. vnionem controversae Parochialis, alteri in Wielowies ab eo possessae, Sat est de ultimo Statu collativo docere, ut ad istius formam institutio sit regulanda. ad text. in cap. Consultationibus de Jure patr. et dixit, Rota decisione 73. a num. 17. par. 11. recent. et in Melevitana Jurispatronat. 31. Martii 1702. §. ex hac igitur praesentatione coram R. P. D. meo Scotto. Neq efficacia dicti Statûs elidi potest, ex quo Christophorus hodie non comparens in praecedentibus instantiis docuerit de vnione huius Parochialis Secuta cum consensu Patronorum de Anno 1594. ad favorem Ecclesiae Parochialis in Wielowies, nam pro impedien. institutione Valentini ultimi Statûs, assistentiam pro se habentis, liquidò constare debet de veritate ultimo Statui opposita, rota dicta decis. 73. num. 17mo cum Seqq. parte 11. et decis. 215. num. 4. et 5. par. 15. rec. adden. ad Gregor. dec. 77. num. 12. Veritas autem haec ex dicto instrumento Vnionis utiq non apparet, cùm inibi ob proventuum exiguitatem, et tenuitatem, tum etiam propter diminu-

tionem eorundem ex creberrima inundatione aquarum etc. propter quam Se-
getes corrumpebantur, Unio facta fuerit, non perpetuo duratura sed tempora-
liter, donec aliqua ex Parochialibus prædictis in suis proventibus, et emolumentis
augeatur, quæ dictio donec cum sit temporalis, et non perpetua ex Barthol.
in l. finali §. quando versu in contrarium ff. ad Tertulian. dixit rota coram Bisso
o. decis. 581. num. 7. Cessante causa Unionis ob reddituum augmentum pariter ces-
sare debet, et ipsa Unio Barthol. in l. 1ma num. 15. et 16. ff. de condit. et demonstrat
cels. decis. 401. num. 4. Evenisse verò reddituum Parochialium augmentum sa-
tis apparet ex Sententia ab ordinario lata Anno 1627. in qua uti de Anno 1591
processum fuerat ad Unionem ob reddituum diminutionem, ita Ordinarius me
ob eorundem incrementum instante Patrono in contradictorio Judicio præsente
Parocho in Wielowies hanc controversam Unionem Parochialium dissolvit, quæ
Sententia per transitum in rem iudicatam ob neglectam appellationem, cum facit
at rem claram et manifestam ad regulam res iudicata 208. ff. de regul. Jur. tan-
quam lata super statu facit Jus quo ad omnes et afficit Successores Rota co-
ram Emerix decis. 97. num. 2. et decis. 840. num. 1. et decis. 867. num. 8. Eiusdemq.
Sententiæ efficaciam optimè comprobat continuata observantia fere octuaginta
Annorum, quo temporis spatio, scilicet Annis 1627. 1653. et 1664. hæc Parochi-
alis ab ordinario ad præsentationem Patronorum collata fuit, ideoq. supradicta
Sententia in omnibus subsecutis Vacationibus post factam disunionem observata,
hodie in dubium revocari non potest, cum ista observantia bene denotet disunio-
nem fuisse secutam; et ius præsentan. spectare ad Patronum, Rota coram Dudum
decis. 77. num. 3. cels. decis. 311. num. 4. et in rec. decis. 5. num. 17. et decis. 6. num. 7. et
et 8. par. 14. recent. Et ita unica etc. Romæ Typis Rev. Cameræ Apostol. 1703. ex
Superiorum facultate. Cracovien. Parochialis. Stantibus etc. Dubium
An sit standum vel recedendum a decisis in casu etc. R. P. Resolutum fuit die
18 Junii labentis anni Parochialem Ecclesiam in Villa Trzesnia adiudicandam
esse Valentino Piotrowicz Principali Nostro nominato a D.D. Comitibus de
Tarnow indubitatis Patronis, quiq. iam Canonicæ Institutionis titulum obtinuerat
ab ordinario Cracovien. nec non a Nuntio Apostolico Regni Poloniæ in Secun-
da instantia, et ab A. C. Petra in tertia, prout fusius legitur in decisione R.P.D.
mei Ponentis sub memorata die prodita. Adversus quam cum ex stylo potius
quam ex dubietate materiæ controversæ R.D. Christophorus Adversarius
novam audientiam benignè obtinuerit, in Rota Memorialium 6 Julii proxi-
mè præteriti, reproponitur modò Dubium præinsertum resolvendum ut spe-

ramus

ramus pro persistentia indecisis. Inconcussum siquidem manet præcipuum decidendi motiuum, quod cum in præsenti quæstio non cadat super Natura et qualitate Beneficii in petitorio, nec in causa sit Episcopus Venditare tentans Beneficii libertatem adversus Patronum iuxta terminos text. in cap. cum de Beneficio de Præben. in 6. Sed de nuda institutione contendatur, inter Principalem præsentatum ab indubitato Patrono, et Adversarium Venien. ex titulo Unionis, quæstio omnis dirimitur ad tramites ultimi Status, qui si assistit petenti institutionem, nequit ei denegari, et altior Unionis indago reservatur pro futuris Vacationibus, ut ex notissimo text. in cap. Consultationibus de Iurepatr. aliisq. Iuribus probat nostra Decisio § Etenim. et concordant deducta per Ros. de execut. liter. Apostolic. cap. 62. a n. 96. ad 120. lotter de re benefic. lib. 1. quæst. 34. num. 25. et 26. cum pluribus sequen. et plene Rot. in Barchinonen. Parochialis del Prat. 13. Iunii 1695. § et licet cum Sequen. confirmata 2. Decembris eiusdem Anni a § expediti ad finem coram b. m. D. meo Ursino Decano. Quamobrem cum res indubia sit qualitatem collativam Parochialis de qua agimus, verificatam esse, nedum per ultimum Statum, sed per omnes etiam Status antecedentes, et signanter Annorum 1653. primo Nostro Summario num. 4. et 1664. eodem Summario num. 5. incalescit ad præmissum effectum causa possessionis tantô temporis decursu, et actuum multiplicitate validatâ ut bene animadversum fuit in mediolanen. Capellaniæ 9. Maj 1701. § et tantò magis coram R. P. D. meo Priolo. Opponit Pars Adversa Statum contrarium Unionis Authoritate Ordinaria Secutæ de Anno 1595. favore Ecclesiæ Parochialis in Wielowies. Sed obvia est responsio, quod dicta Unio Secuta ex causa temporali diminutionis reddituum, ut legere est dicto præterito Summario num. 1. perpetuo duratura non erat, sed quoadusq. redditus augerentur ad Censuram text. in Clement ne in agro §. Ad hæc de Statu Monach. Rebuff. in prax. Benefic. titulo de Unione revocan. num. 1. et 2. Caccialup. de union. art. 9. Azor institut. Moral. par. 2. lib. 6. cap. 28. num. 305. et 306. in fin. Ventrigl. in praxi rer. notab. tom. 2. annotat. § 2. num. 32. Rota coram Coccin. decis. 1012. num. 30. Et id ipsum per viam conditionis præsefert ipsum Decretum Unionis, donec aliqua Parochialium prædictarum in suis proventibus et emolumentis augeatur. et sub hac lege, et non aliàs Patronus Laicus Unioni consensit, dicto Summario num. 1. Cum igitur de Anno 1627. conditio purificata fuerit, et redditus adaucti per extraditionem Decimarum manipularium Unio ipso Iure resoluta fuit, et plenius ex Decreto, seu Sententia Episcopi, qui in contradictorio Iudicio auditis partibus, et receptis Testium depositionibus super dicto incremento reddituum eodem Anno 1627. pronuntiavit, et una simul decrevit Unionem haberi pro dissoluta dicto Nostro Summario Num. 2. quæ Sententia tum ob temporis antiquitatem, tum ob acquiescentiam Paro-

rochi in Wielowies, contradictoris tunc in Judicio Stantis, et praesentis illius prola-
tioni, transivit in rem iudicatam, et quoad omnes Jus facit, et rem manifestam
ut prosequitur Decisio quae revidetur. § evenisse verò. Frustra autem oppugna-
tur, vel actuale incrementum reddituum, vel saltem continuatio extraditionis De-
cimarum manipularium, quae per viam conditionis requisita legitur in Sententi-
a Ordinarii, ut dissolutio unionis duret, quo enim ad incrementum actuale Sat.
est recurrere ad mox dictam Sententiam Anni 1627. in qua verbis apertis Superi-
lo pronuntiatum fuit, imò allegatur pro causa decretae Solutionis Unionis ibi. Adin-
venit dictas Parochiales in Wielowies et Trzesnia fuisse per Antecessorem Suum ou-
lim Cardinalem Radivilum ob defectum Sufficien. provisionis Unitas, nunc verò
per extraditionem Decimarum manipularium, defectum huiusmodi Sublatum esse,
decrevit igitur et pronuntiavit, ut quamdiu Decimae manipulares per Patronos Ec-
clesiae Parochialis iuxta Jura omnia tam Canonica, quàm Civilia, nec non consuetu-
dinem Ecclesiae, dabuntur, praenominatae Ecclesiae divisae et dismembratae permaneant,
neq; una ab alia dependeat. Unde in vanum tentatur impropriatio dictorum verborum
quae nimis clara sunt, et contrariam non patiuntur interpretationem. Continuatio
verò praesumitur, et alleganti discontinuatam extraditionem Decimarum incumbit o-
nus plenè et concludenter probandi, cùm in hoc stet propriae exceptionis fundamen-
tum ad regulam de qua Card. de luca de emphyt. disc. 36. num. 18. de dote. disc. 7. num.
num. 8. de Judic. disc. 2. num. 19. et Rota coram Emerix Jun. decis. 286. numero Sexto.
Praesertim quia ex relatione Rndmi Archidiaconi Sandomirien. data Anno 1695.
liquet de Sufficientia reddituum Nostrae Parochialis et Specialiter de perceptione
Decimarum manipularium dicto Nostro Summario num. 6. Cui Testi qualificatis-
simo deponenti de facto proprio, et quia Ecclesias visitavit, plenissima fides ve-
nit adhibenda, licet unicus sit in dicto Rot. coram Dunozet. Jun. decis. 334. num. 1.
coram Jacobo Emerix decis. 956. ante num. 4. Adden. ad Gregor. decis. 214.
in fin. et in recen. decis. 396. num. 55. par. 19. Urget insuper contra partem Status
collativus observatus Spatio Annorum 80, ab Anno nempe 1627. usq; ad praesens
in quatuor Statibus Annorum 1627. 1653. 1664. et praesenti, in quibus omnibus Pa-
rochialis provisa fuit uti vacans per obitum, collata fuit in titulum, et Canonicè insti-
tutus nominatus a Patronis Laicis dicto Summario numero 3. cum duobus Seqq. quae
observantia etiam de per se sumpta, et praecisivè a Decreto dissolutionis Unionis
Qualitatem collativam praescribere apta esset, nam illa sola quadragenaria conten-
tatur, quae hic duplicata concurrit. Turricell. de union. cap. 12. num. 23. Rota coram Se-
raphin. decis. 1227. num. 30 et Seqq. par. 11. cum aliis apud Cardinal. de luca de Be-
nefic. disc. 63. num. 2. Nec ad enervandam vim observantiae et unà simul verifi-
candam ineffectuationem Decreti dissolutionis unionis quidquam proficit, quod

de Anno

de anno 1653 nostra Parochialis vacaverit per obitum Joannis Czernic Summario num. 4. qui erat illemet qui utramq; possidebat Ecclesiam de Anno 1627. ut deprehenditur ex toties memorata Sententia dissolutionis Unionis dicto Nostro Summario num. 2. quâ proinde non obstat si antiquus Rector continuavit providere Ecclesiam, nihil clarius pro ineffectuatione Sententiæ. Ut enim Partis argumento stringeret, probare oporteret Joannem Czernic per cuius obitum vacavit Ecclesia de Anno 1653 esse illummet qui utramq; Ecclesiam administraverat ante Annum 1627. licet enim pluralitas non præsumatur, contrarium tamen est, quando identitas est fundamentum intentionis agentis, tunc enim sola præsumptiva probatio non sufficit, sed requiritur positiva, ut in terminis Card. de Luca de Benefic. disc. 5. num. 3. et 6. Rota decis. 253. num. 4. et 18 par. 18. decis. 219. sub num. 7. par. 13. et decis 468. num. 13. et 15. par. 19. tom. 2. recent. Signanter quando ut hic plura concurrunt in oppositum: habemq; enim quòd de Anno 1627. de Nostra Ecclesia fuerit investitus Paulus Galuszowicz dicto Summario num. 3. Incurrit insuper longius temporis decursus, quo stante inverisimile est, quòd idem Rector tamdiu supervixerit, et econversò magis constat, quòd per cessum et decessum Pauli fuerit Provisus alter Joannes, diversus tamen ab eo, qui Ecclesiæ præerat in statu Unionis, quæ sola possibilitas ad elidendam Partis exceptionem superabundat adtex: in l. neq; Natales 10. cod. de probat. Spad. cons. 201. num. 8. lib. 3. Rot decis. 52a num. 69. par. 14. et decis. 468. num. 9. par. 19a tom. 2. At dato millies quòd identitas Personæ probaretur, non per hoc concluderet contrarium argumentum, verificandum enim esset, quòd dictus Joannes unà simul possederit utramq; Ecclesiam usquè ad Annum 1653, in hoc enim stat unionis observantia. Quòd enim Nostram administraverit eo quia de illa provisus fuerit per cessum vel decessum Pauli primi Rectoris non probat Unionem, cuius essentia consistit in unicitate Rectoris respectu duarum Ecclesiarum, quarum una sine alia stare non potest ad Juris notissima. Et in omnem casum Sufficeret huic parti quòd qualitas collativa legitimè probaretur impressa ab Anno 1653. ab eo enim tempore usq; in præsens quadragenalis effluxit, quæ Statum in Beneficialibus præscribit ad doctrinas prærallegatas. Insuper demum allegatur Sententia Ordinarii Cracovien. de Anno 1694 data in Summario Partis num. 2. Quia illa prodiit non producto Decreto dissolutionis Unionis, quo patria reperto, et in Actis exhibito Idem Ordinarius in Subsequenti Anno 1695. primum Decretum revocavit, et pro Statu collativo decrevit Nostro Summario num 7. in cuius Sequelam Principali institutionem concessit Summario num. 8. Unde pro Nobis Stat observantia Judicialis tam proxima quàm remota, quæ unitim sumpta dubietatem quancunq; Submovere apta reputatur. Tondut. resolut. Benefic. par. 3. cap. 144. num. 17. Marant. respons. 46 num 32. par. 3. Rocca disput. Jur. cap. 194. num. 58. Rot. cor. Merlin. decis. 870. num. 4.

et in recen. decis. 275. num. 7. Omnia haec dicta sint ex abundanti, quia ad effectum de quo agitur, satis est ut praemittebamus ultimus Status, qui non vincitur ab anteriori contrario, nisi sit validatus publico instrumento, cui nihil obijci possit, re iudicata clara, et incontrovertibili, vel confessione Partis undiq; manifestâ, debet namq; taliter constare de veritate opposita ultimo Statui, ut probatio sit liquidissima, nec in aliquo dubia remaneat, ut praecaeteris monent, Abbas in Cap. Consultationibus num. 9. de Iurepatr. Lotter. de re benefic. lib. 1. quaest. 34. num. 26. et 29. rosa de Executiv. par. 1. cap. 6. num. 100. et 103. Card. de Luca de Benefic. disc. 63. num. 11. et Seqq. et in rec. decis. 216. num. 4. et 5. par. 15. Quae probationum species cum nullatenus in praesen. concurrant, sine alia indagine sufficeret Materiae dubietas, ut habens assistentiam ultimi Statûs institutionis Beneficium consequatur. Garz de Benefic. par. 5. cap. 5. num. 2. et Sequen. Rot. coram Coccin. decis. 919. a num. 90. in recen. decis. 514. num. 14. par. 13. et in Trident. Parochialis 9. Iunii 1700. §. Ad effectum coram Illustrissimo D. del Olmo, et in Melevitana Iurispatronat. 31 Martii 1702. §. Minusquè ad evitandam, coram R. P. D. meo Scotto. Quare etc. Ioannes Ascevolinus Advoc. Franciscus Marianus Marescellus R. P. D. Caffarello Cracovien. Parochialis pro Reverendo Domino Valentino Piotrowicz contra Reverendum Dominum Christophorum Grzybowski Restrictus facti et Iuris. Rom. Typis Rev. Camerae Apostolicae 1703. Superiorum praemissa Locus X. Stemmatis Pontificii Romanae Curiae more depicti R. P. D. Caffarello Cracovien. Parochialis Veneris 14 Decembris 1703. Valentino a Comitibus de Tarnow praesentato ad Parochialem Ecclesiam in Villa Trzesnia, et canonicè instituto ab Ordinario Cracovien. nec non a Nuntio Apostolico Regni Poloniae in secunda instantia, et ab A. C. Petra in tertia, ipso tantum informante 18 Iunii labentis Anni coram Me et ab hoc Sacro Tribunali eadem Parochialis adiudicata fuit. Nunc verò se opponen. Christophoro adversus fundamenta decisionis, cum instetur pro recessu a decisis DD. ex eorundem subsistentia in decisis remanserunt. Motinedum ex ultimo Statu collativo, qui neutiquam prosterni potest ab anteriori Statu contrario, nisi sit validatus a publico instrumento, adversus quod nihil obijci possit, aut re iudicata, vel Partis confessione, cum taliter constare debeat de veritate ultimo Statui opposita, ut probatio sit liquidissima, nec ex ea ulla dubitatio oriri possit, ut praecaeteris laudatis in praeceden. decisione §. neq; efficacia habetur in Barchinonen. Parochialis del Prat 13 Iunii 1695. § dum igitur, et 2. Decembris eiusdem Anni. §. quapropter cor. bo. me. Ursino, et in Nolana Iurispatronat. 19. Iunii 1702. §. neutrum tamen coram Me. Verum etiam ex eo, quod unio Ecclesiae de qua agitur Authoritate Ordinaria secuta Anno 1595 favore Parochialis Ecclesiae in Wielowies, cuius Rector existit Christophorus collitigans, expleta fuit ex certa causa diminutionis reddituum Parochialis, et habet insitam conditionem donec aliqua ex Parochialibus praedictis in suis proventibus et emolumentis

augeatur

augeatur, sub qua conditione cùm Comes de Tarnow suum præstiterit consensum
sit evidens, quòd illâ purificatâ, et docto de redditum augmento per extraditionem
decimarum manipularium, uti ex diminutione poterat Ordinarius hanc Parochi-
alem unire, ita pariter ex eorundem augmento eam dissolvere ei licitum erat.
prout fecit cum præsentia et consensu Parochi in Wielowies Anno 1627 cùm Juri
sit consentaneum, quòd unio facta ex certa causa, ea cessante dissolvatur ad tex.
in Clem. ne in agro. § Ad hæc de Statut Monach. Garz de Benef. par. 12 tit. de Union.
cap. 2 num. 305. et 306. in fine ubi alios. Absq; eo quod huiusce temporalita-
tis efficaciam elidere possit responsio, quòd cùm Comes de Tarnow Patronus controver-
sæ Parochialis suum præstiterit consensum ad uniendam et incorporandam Ecclesi-
am etc. perpetuis futuris temporibus, aut tamdiu donec aliqua Parochialium prædi-
ctarum in suis proventibus et emolumentis augeatur, et ordinarius, absq; ulla pror-
sus limitatione dixerit perpetuò uniendam annectendam, et incorporandam duximus
etc. prout unimus etc. inde dicendum sit Episcopum potiùs voluisse Parochialem
perpetuis futuris temporibus unire, quàm illam temporaliter donec et quamdiu fruc-
tus aucti fuerint perficere. Quoniam prædicta unio aut temporalis sit, aut perpe-
tua semper in Jure pro temporali habenda erit, nam cùm facta probetur ob incertos
et tenues proventus propter creberrimam inundationem aquarum dictæ villæ ad
fluvium Vistulæ sitæ, ideoq; ex causa tenuitatis et diminutionis redditum, dato
eorundem incremento, unio ministerio legis resolvitur. Rebuff. in prax. tit. de uni-
onis revocat. num. 1. et 2. Card. de Luca de Benefic. disc. 43. num. 2. disc. 44. num. 6.
et disc. 48. num. 14. Seraphin dec. 428. num. 10. et in recen. decis. 165. num. 7. et 307.
num. 5. par. 15. rec. et decis. 406. num 19. par. 16. non obstantibus dictionibus perpe-
tuitatem denotan, cùm hæ restringantur secundum Naturam actûs, cui adjici-
untur, et ab eo regulantur ad firmata per Gratian. cap. 601. a Num. 35 et signan-
ter num. 40. Atq; hic non adversatur defectus actualis incrementi redditum
vel continuationis extraditionis Decimarum manipularium, cùm verba disuni-
onis factæ de Anno 1627. nimis sint clara, contrariamq; non patiantur interpre-
tationem, inibi enim habetur quod Ordinarius adinvenit dictas Parochiales in
Wielowies et Trzesnia fuisse per Antecessorem suum olim Cardinalem Radi-
vilum ob defectum sufficientis Provisionis unitas, nunc verò per extraditionem
Decimarum manipularium defectum huiusmodi sublatum esse. Decrevit igitur
et pronuntiavit, ut quamdiu Decimæ Manipulares per Patronos Ecclesiæ Parochi-
alis iuxta iura omnia etc. dabuntur, prænominatæ Ecclesiæ unitæ, et dismembra-
tæ permaneant. Constat igitur ex supradictis verbis Anno 1627. iam secutam
fuisse extraditionem Decimarum manipularium, et quanquam in præsentiarum non
doceatur de continuatione in illarum solutione, attamen cùm Christophoro allegan-
di scontinuatam Decimarum extraditionem incumbat onus illam probandi, inte-
rim hæc præsumenda venit, cùm hoc sit propriæ intentionis præcipuum.

fundamentum. ad text. in l. Actorum C. de probat. et l. fin. C. de rei vindicat. Rota coram Emerix iun. decis. 24. num. 5. et decis. 286. num. 1. et alibi passim. Potissimum quia ultra implementum huius Solutionis elicitae ex dicta Sententia disunionis Anno 1627. ibi: nunc verò per extraditionem Decimarum manipularium defectum huiusmodi Sublatum esse pro parte Valentini in Eiusdem praeterito Summario num. 6. corroboratur assumptum ab attestatione Archidiaconi Sandomirien. testantis de Sufficien. reddituum perceptione, ab huiusmodi Ecclesia, quae frustra retorqueri ditur, eò quia non dicit explicitè habere Decimas manipulares; nam si ante traditionem redditus erant sufficientes, qui hodie sufficiunt, evidens est continuatè fuisse Decimarum Solutionem. Quin urgeat quod Joannes qui Rector erat utriusq; Ecclesiae de Anno 1627. in sua possessione continuaverit usq; ad obitum secutum Anno 1653. quasi ex hoc dicendum sit praefatam dissolutionem, non habuisse effectum ob antedictam causam non traditionis Decimarum manipularium, quia statim post factam separationem ad Patronorum praesentationem controversa Parochialis eodem Anno 1627. concessa fuit cuidam Paulo praeterito Summario num. 4. in eodemq; statu collativo permansisse desumitur ex statibus Anni 1653. et 1654. usq; ad ultimam vacationem, ex quibus adeo urgentibus facti circumstantiis pernecesse concluditur intercessisse Decimarum Solutionem, eò fortius dum in Jure non sit novum Solutionem probari etiam praesumptionibus et coniecturis, ad text. in l. si Chirographum 24. et ibi Glos. ff. de probationibus. Cuiac. contra 280. num. 1. Surd. decis. 105. per tot. et in recen. dec. 259. num. 2. par. 4. tom. 2. et decis. 379. num. 13. par. 17. Eoq; facilius non obstat, quod de Anno 1694. declaratè fuerit in Tribunali Episcopi Cracovien. controversam Parochialem esse unitam et incorporatam alteri in Wielowies possessae a Christophoro, cùm haec emanaverit, ex quo non fuerat productum Decretum dissolutionis unionis, nec minus praecedentes duo status collativi; quae omnia cùm expost exhibita fuerint, et eadem met Curia, prodijt Decretum praecedentis revocatorium, et per quod canonizata remansit unionis dissolutio praedicto Summario Valentini num. 7. Quibus ita se habentibus ad praedictae dissolutionis unionis validitatem confovendam concurrit insuper longaeva et diuturna observantia, quae cùm plurimum conferat in quacunque materia affirmata per Coccin. decis. 1923. num. 6. et alibi passim, in praesenti magis efficaciter se habet, cum involvat statum collativum pacifice observatum spatio 40 Annorum, qui quadragenarius temporis lapsus utique de per se solus esset aptus ad praescribendam unionis dissolutionem ad text. in cap. cum Beneficio de Praebend. in 6. Buratt. decis. 857. num. 10. Ludovis. decis. 51. num. 1. Cer. decis. 759. num. 18. Emerix Jun. decis. 244. num. 3. et decis. 308. num. 1. et 229. num. 8. par. 1. recen. Et ita utraq; etc. Romae Typis Rev. Cam. Apostolicae 1704. Superiorum

orum permissu.

Lunae Quinta Mensis Mai.

Gnosus Trębecki contra Perillrem Mogielnicki.

In termino hodierno ex Actis et conservatione legitimè provenien personaliter comparens Gnosus Joannes Trębecki Bonorum Villae Kunice ad Canonicatum Sandomirien pertinen Arendatarius Possessor Principalis Actor contumaciam Perillustris et Adm Reverendi Jacobi Mogielnicki Camenecen Sandomiriensis Canonici Fundi Kunice Citati in causa occasione praetensionum realium, ex contractu Arendae eorundem Bonorum Villae Kunice ortarum, ad puncta Suarum praetensionum directè non responden accusavit, et in eius contumaciam, id quod de Jure est decerni petijt; et ante omnia Se uti pendente lite Spoliatum possessione dictorum Bonorum, contra omne Jus et obloquentiam ipsius Contractûs, quem in continenti produxit, restitui, et in possessionem eorundem Bonorum reimponi debita cum instantia Supplicavit. Praesen Gnosa Gaspare Bąkowski Perillustris et Admodum Reverendi Jacobi Mogielnicki Camenecen et Sandomirien Canonici citati ex adverso Principalis Sororio, et Eiusdem citati, pro cuius ratihabitione cavet, ac Se praesen inscribit nomine comparen directè responden et litem contestan responsiones in Scripto ad puncta Partis Actoreae porrigen, et Suum Principalem ab omni impetitione liberum pronuntiari peten. In contrarium Pars Actorea ut Supra instetit, et responsionum per Citatum in Scriptis porrectarum copias Sibi concedi postulavit. Et Illustris ac Adm Rndus Andreas Brolnicki Canonicus et Judex Surrogatus Sandomirien auditis praemissis Actorem uti possessione eorundem Bonorum Spoliatum ante omnia restituen, in eademq possessione, donec Ipsi in toto Super praetensionibus Satisfactum non fuerit iuxta contractum inter Partes de Anno Millesimo Septingentesimo primo, die decima octava Januarii initum conservan esse censuit, ad effectumq Eiusmodi Literas Executoriales cum Spatio Sex dierum relaxavit, et interea responsionum per partem Citatam productarum, copias Actori, cum termino ad replican pro Secunda Juris post Pentecostes concessit; a quo Decreto Suprascriptus Gnosus Bąkowski nomine Perillustris Mogielnicki ad Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Administratorem Episcopatûs Cracoviensis appellavit, cuius appellationem Pars Actorea inhaeren Contractui, quo median Partes Beneficium appellationis Sibi amputarunt, refutari petiit. Et Illris qui supra Judex eiusmodi appellationem refutavit, eodem iterum a Refutatoriis appellan et Dominus Stetit in Decisis. Actum Praesente Me Valentino Casimiro Piotrowicz Parocho Trzesnen Ecclesiae Collegiatae Vicedecano Publico et Actorum Consistorii Sandomirien Notario.

Sub Eodem Actu.

Quietatio Reuerendi Koszycki per R. Seniorem Reuerendorum Psalteristatum Sandomirien.

Coram Officio et Actis præsen. Cnrii Sandomiriensis personaliter constitutus Adm. Reverendus Iacobus Orzechowski Communitatis Reverendorum Psalteristatum Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien. Senior, Principalis palam Sponte liberè, ac per expressum recognovit. Quia Ipse regestra Communitatis Suæ tempore Senioratûs Reverendi Alberti Koszycki Scripta, median. Decreto die Lunæ tertia Mensis Martii Anno curren. lato extradi iniunctæ, recepit, de receptione, tum et decreto præinserto, et aliis quibuscunq. prætensionibus, quomodocunq. ad eundem Reverendum Koszycki habitis quietavit, et liberum pronuntiavit. Actum Præsentibus Illustri et Admodum Reverendis Andrea Blazeiowski Ecclesiæ Crimonsoviensis Præposito, Valentino Rudzki Mansionario Sandomirien. Meque Valentino Eut Supra.

Decima Mensis Mai.

Sub Eodem Actu.

Constitutio Procuratoris per Illustrissimum Szaniawski M. D. L. Referendarium.

Coram Me Notario infrascripto ab Illustri et Adm Reverendo Domino Andrea Brolnicki Canonico et Judice Surrogato Sandomirien Specialiter Deputato personaliter constitutus Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Constantinus Felicianus Szaniawski M: D: L: Referendarius Cancellariae Regni Regens, Principalis omni meliori modo in Suum verum legitimum ac indubitatum Plenipotentiarium, videlicet Illustrissimum ac Reverendissimum Dominum Joannem Gierski Episcopum Martyrien Nominatum Smolenscen, cum solitis ratihabitionis et relevationis clausulis facultateq alium Mandatarium in locum Suum cum simili potestate substituen fecit, constituit, inscripsit, ac solenniter ordinavit. Ad Eiusdem

Illustrissimi Constituen nomine ac pro Eo Ipso post obtentam et assecutam. stitutionem Sive investituram Sui Constituen ad Praepositu̇am Ecclesiæ Pro. censis in Diœcesi Vilnen consistẽ eiusquè Praepositure realem actualem et cor. poralem Possessionem apprehensam, Beneficia duorum Altarium Sub titulo Sanc. tæ Annæ et Sanctorum trium Regum in Ecclesia Cathedrali Vilnen sit, atquè Ecclesiæ Parochialis Radunen in manus Illustrissimi et Reverendissimi Domini Constantini Brzostowski Episcopi Vilnen resignan eorundemq Beneficio. tam Altarium quàm Ecclesiæ Parochialis Radonen possessioni modo pre. et conditione præmissis expleti renuntiandum, nec non Iuramentum corporale in Animam Sui constituen circa resignationes fieri Solit in forma Iuris præs. aliaq Iuris vel facti remedia pro negotii eiusmodi exigentia desuper necessa. ria ac opportuna dicendum, gerendum exercendum ac exequendum, quæ Ipsemet Illrimus Constituens diceret, gereret, exerceret, exerceret, exequerretur Sive dicere, gerere, exercere, exequi posset, si præmissis præsens interesset, aliàs in forma mandati Procura. rii constitutivi plenissima ac perfectissima, quam constitutionem Procuratoris de Acta præsentia Curiæ Sandomirien Suscipi et ingrossari petiit, et sibi in forma Iuris extradi postulavit quod prout de Iure obtinuit. Actum et Datum in Villa Gorzyce Præsen. Admodum Reverendo Martino Zapezenski Philosophiæ Doctore. Parocho Gorzycen Vicepræpositto Sandomirien. Alex Valentino Grimaldi Piotr. wicz Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien Vicedecano Apostolico et Actorum Con. sistorii inibidem Notario

Sub Eodem Actu.

Eodem constituit Procuratorem.

Coram Me infrascripto Notario ab Illustri et Admodum Reverendo Dño Em. a Brolnicki Canonico et Judice Surrogato Sandomirien Specialiter deputato personaliter constitutus Illustrissimus ac Reverendissimus Dñs Constantinus Felicianus Szaniawski M. D. L. Referendarius Regni Cancellariæ Regensis. lasticus Vilnen Canonicus Warmien Principalis omni meliori modo in Suum Verum, legitimum, ac indubitatum Procuratorem videlicet Perillrem et Quidm Dominum Matthiam Ancuta Canonicum Vilnen cum facultate in locum Suum cum simili potestate alium Mandatarium Substituen fecit, constituit, elegit, solenniter ordinavit. Ad Eiusdem Illustrissimi Constituen nomine ac pro eo Ipso coram Judicio Illrmi et Quidm Domini Constantini Brzostowski Episcopi Vilnen Sive Ipsius Quidm Vicarii in Spiritualibus comparendum Seu constituendum ad Præpositturam Ecclesiæ Procen in Diœcesi Vilnen con.

sistẽs

sistent ad praesens Vacan vigore praesentationis legitime obtentae institui ac inve-
stiri peten instandum, Literas Institutionis ac investituræ in forma solita decer-
nen et sibi extradi urgendum, nec non Juramentum corporale in Animam Sui Con-
stituen circa Institutiones fieri solitae praestan vigore Literarum Institutionis, o-
blationes et emolumenta saepe dictae Praepositurae Trocen recipien capiendum:
et alia Juris vel facti remedia pro negotii huius exigentia faciendum, dicendum ge-
rendum, exercendum, procuran expedien ac exequendum, quae Ipsemet Illustrissimus
Constituens faceret, diceret, gereret, exerceret, procuraret, expediret, ac exequeretur,
sive facere, dicere gerere, exercere, procurare, expedire, ac exequi posset, si praemis-
sis praesens interesset, etiamsi talia essent, quae magis speciale vel generale exi-
gerent, quam praesen est expressum mandatum, alias in forma mandati Procura-
torii plenissima ac perfectissima, quam Constitutionem Procuratoris ad Acta
praesen Conrii Sandomirien suscipi petiit, ex iisdemq sibi Authentice extradi
postulavit, quod prout de Jure obtinuit. Actum et Datt in Villa Gorzyce Prae-
sente Admodum Reverendo Martino Zapczenski Philosophiae Doctore
Parocho Gorzycen Vicepraeposito Sandomirien. Meq Valentino Casimiro Pio-
trowicz Parocho Trzesnen Ecclesiae insignis Collegiatae Sandomirien Vice
Decano Aplico et Actorum Conrii inibidem Notario.

Mercurii Decima quarta Mai.

Insertio Testimoniorum occasione Demolitionis Domûs Plebanalis et desolationis Ecclesiae in Trzesnia.

Coram Officio et Actis praesen Conrii Sandomirien personaliter constitutus
Admodum Reverendus Valentinus Casimirus Piotrowicz Vicedecanus
Ecclesiae Collegiatae Publicus et Actorum Consistorii Sandomirien Notari-
us Parochus Trzesnensis, Principalis tenens et habens suis in manibus
Testimonia Authentica et in forma proban infrascriptt super certis punctis
et signanter demolitione Domûs Plebanalis Trzesnen et desolatione Ecclesiae Pa-
rochialis inibidem. Primum Illustris et Magnifici Michaëlis Amor Comitis
in Tarnow Ecclesiae Trzesnen Patroni et Collatoris, ac Illustris et Admodum
Reverendi Domini Andreae Brolnicki Canonici et Judicis Surrogati San-
domirien Secundum Perillustris et Admodum Reverendi Domini Rapha-
elis Roscicki, Juris utriusq Doctoris Prothonotarii Aplici Archidia-
coni Sandomirien Praepositi Kielcen manibus et sigillis eorum propriis
communita, illaq ne aliquo casu depereant, et alias ad omnem meliorem finem
et effectum Actis praesen inseri petiit et obtinuit. Praesen Reverendis
Jacobo Koszycki Vicario Valentino Rudzki Mansionario, Valentino
Digulski Psalterista Ecclesiae Collegiatae Sandomirien ad praemissa

rogatis et adhibitis Testibus. 1mi testimonii tenor Sequitur talis. Notum facio et fide bona attestor, qualiter Reuerendus Christophorus Grzybowski in mea villa hereditaria Wielowies nuncupata Parochus, alteram Ecclesiam Parochialem in Trzesnia temerè prætendens, eandem in præiudicium Iuris Patronatûs Mei nulliter occupauit, per aliquot Annos omnes fructus et Decimas integras mala fide percepit, et exinde pecuniam quâ gloriatur collegit, nec tamen præter Salarium Unius Vicarii in necessitates urgentes Eiusdem Ecclesiæ ad præsens miserrimæ quidquam expendit, quin imò eandem Ecclesiam Sat numerosum populum curæ Suæ Subjectum habens, per supinam malitiam, quâ Sæpissimè excandescit, ob defectum tegumenti, quæ fere crastinam minatur ruinam, putrefieri, campanile per ipsam incuriam, ob non Suppositionem basis, quæ facilè ex meis Sylvis comparari poterat, funditùs collabi, apparatus deteriorari, Domum vicarialem ob concessam in eadem domo levibus Personis mansionem conflagrari causavit. Insuper Domum Plebanalem residentialem et alia ædificia noviter exstructa demoliri, arborum materiem ex iisdem ædificiis, ad Suam Plebaniam in Wielowies transportari, et in usum proprium Suum convertiri mandavit. De quo fidem veram facio, et præsens Subscribo. Datum in Wielowies Die Sabbathi decima Maj. Anno Millesimo Septingentesimo Quarto. Michaël Amor Comes in Tarnow et Comes de Czobor, uti Ecclesiæ Parochialis in mea villa Trzesnia unicus Patronus et Collator manu propria. Locus X Sigilli. Testor præsens quod omnia et Singula præmissa manu Magnifici Domini Comitis Subscripti propria, taliter se habere indubitanter Scio, uti vicinus villæ Zarzykowice ad Canonicatum meum pertinens Iure Parochiæ Ecclesiæ in Trzesnia Subjectus Possessor. Ita recognosco Datum Sandomiriæ in residentia mea Canonicali, die vigesima Mensis Maj Anno Dni 1704. Andreas Brolnicki Canonicus et Iudex Surrogatus Sandomirien manu propria. Locus X Sigilli. 2di testimonii de verbo ad verbum tenor Sequitur talis. Fidem facio et attestor qualiter Ego pro debito officii mei, qua Archidiaconus Loci, dum Ecclesiam Parochialem in Trzesnia visitabam Anno Domini 1686, die undecima Novembris, demum per Commissarium de Anno 1694. in actu visitationis fuerint, bina ædificia domûs Plebanalis noviter ex arboribus constructa, per Rectorem Ecclesiæ, qui protunc fuit Stanislaus Politowicz Antecessor Reverendi Grzybowski. In primo ædificio fuit Stuba magna cum duabus cameris et Stabulo pro equis, Sub uno tecto. In altero ædificio fuit Stuba parva cum camera. Item ex opposito fuit Stuba major pro Familia domestica itidem Sub uno tecto. Hæc ædificia et parietes Reverendus Grzybowski collitigans Rndi Piotrowicz funditus disjecit, et arbores ac totam materiam ad Domum Suam Plebanalem in Wielowies transportavit et in usus Suos convertit. Insuper in eodem actu Visitationis fuit Campanile altum ex arboribus magnis constructum, et protunc

integrum

integrum ad ostium majus Ecclesiæ Situatæ hoc currenti Anno stante Possessione Domini Grzybowscki propter inculiam illius corruit in terram. Et Ipsa Ecclesia ob defectum tegumenti putrefacta. Item domus pro Vicario reparata Anno proxime præterito igne consumpta, prout in Actis Visitationis meæ habetur. Datum in domo mea Archidiaconali Sandomirien hac die Decima Septima Mensis Aprilis Anno Domini 1704. Raphaël Rosicki I. V. D. Protonotarius Apostolicus Archidiaconus Sandomirien mppa Locus ✠ Sigilli.

Sub Eodem Actu.

Constitutio Procuratorum per Adm. Reverendum Cromnicki in Niekrasow Parochum.

Coram Officio et Actis præsentis Curiæ Sandomirien personaliter constitutus Admodum Reverendus Alexander Franciscus Jaxa Cromnicki Parochus Niekrasowien Principalis omni meliori modo in suas veras legitimas ac indubitatas Procuratores videlicet Reverendos Albertum et Jacobum Koszyckich Vicarios Valentinum Digulskì Psalteristam Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien cum solitis ratihabitionis et relevationis clausulis facultatem unum vel plures in locum Suum cum Simili vel limitata potestate Mandatarium vel Mandatarios Substituendi fecit, constituit, elegit, ac Solemniter ordinavit. Ad Eiusdem Constituentis nomine ac pro Eo ipso in omnibus et Singulis causis in Judicio Consistoriali Sandomirien inciden. mot. ac movendis comparendum, easdemq causas promovendi, defendendum, aliaq Jura vel facti remedia pro Causarum earumdem exigentia dicendum, faciendum, gerendum, exercendum procurandum et exequendum, quæ Ipsemet Constituens dicere, facere, gerere, exercere, procurare, et exequi posset, si præmissis præsens interesset, aliàs in forma Mandati Procuratorii constituivi plenissima et sufficientissima ac latissimè extendendum dans Præsens Me Valentino Casimiro Piotrowicz Trzesnen Parocho Apostolico et Actorum Curiæ Sandomirien Notario.

Vicesima Nona Mai.

Insertio Obligationis Rndmi Abbatis Sanctæ Crucis in favorem Gnosi Prokopowicz.

Coram Officio et Actis præsentis Curiæ Sandomirien personaliter constitutus Generosus Dnus Alexander Prokopowicz Subdapifer Premiechovien Principalis tenens et habens Suis in manibus obligationem infrascriptæ Super Summa octo millium florenorum Polonicalium de Possessione Villarum Zbrowa

in Vim Provisionis annuæ, Sub die vigesima quarta Novembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nonagesimo Septimo, manibus Reverendissimi Domini Alexandri Wychowski Abbatis Sanctæ Crucis et totius Conventûs infrascripti, Subscripti eandem nè aliquo casu depereat, aliàs ad omnem meliorem finem effectum ad acta præsentia Suscipi, et in grossa dari postulavit, quod prout de Jure obtinuit. Actum Præsentibus Illustri et Admodum Reverendo Sebastiano Dembicki Cathonico Sandomirien. Magº Valentino Casimiro Piotrowicz Ecclesiæ Collegiatæ Vicedecano Apostolico et Actorum Curiæ Sandomirien. Notario Parochis Przęsnensi, cuius Obligationis tenor Sequitur huiusmodi. Ja niżey podpisany Znamienitym Skrzyprem moim, iż maiąc nagłą potrzebę dla zatrzymania poddanych wojennych moim Swiętokrzyskiem zaciągnąłem Summy złotych Polskich Centy od Imć Pana Alexandra Prokopowicza na ten czas Ekonoma mego Annæ tey przyczyny, iż pod czas Interregnum Jchmć Panowie Zwiąskowi z Dobr Duchownych wybierali Hiberne Triple, y lubo przez Instancyą Rodzonego Swego, płacitem był chorągwi Imć Pana Starosty Dymitrowskiego, tylko pułtory Simple, aż po rozwiązaniu Związku, gdy w Warszawie na Konwokacyi Jchmć Panowie Distributorowie Związkowi, musieli dawać calculum Swoiey Distributy Jasnie Wielmożnemu Imć Panu Hetmanowi, z którey Kalkulacyi pokazało się że Siła chorągwi nie tylko triple ale y Simple nie wzięli. Widząc odpuścił Przytoczony Jasnie Wielmożny Imć P. Hetman, requisivit Jchmć Xięży Biskupow, aby Kommissarzom Diecezyi Swoich, którzy znowu Hiberne do Liczby Simple odwodzić, zlecieli calculationem, ieżeli woszystkę za rowno Zapłacieli Triple, albo nie, bez-faworu Panow Distributorow Związkowych, gdy patuit że tylko pułtorę Simple Opactwo Swiętokrzyskie wydało, Imć X. Morscki Kommissarz Biskupstwa Krakowskiego, wydał Assignacyą chorągwi Imć Pana Starosty Dymitrowskiego, na piętnaście Tysięcy, co należało do Triple, oraz zeszłego exercitionem militarem. Chłopi zaś dla znacznego nieurodzaiu wżym Roku żadną miarą nie mogli tey Summy wypłacić. Imć Prokopowicz czekał z Rowentowaniem Zapłaciła, a oni tysięcy wzwyż pomienione od różnych Przyiaciół zaciągnąwszy in Personam Suæ Cześ requisicyą moią listowną z Krakowa) tymże Jchmciom Panom Żołnierzom wyliczył, w którey to Summie in vim Provisionis annuæ Dziesięć Dąbrowę do Klucza Rzepienskiego należącą pustkami zewszelkiemi dochodami ąsiedzkimi Imć Pan z poty złey wsi pomieniony Imć P. Prokopowicz y Successorowie iego niepowinni będą ustąpić, pokąd rzetelnie a mnie tysięcy złotych monetâ currenti odemnie albo Successorow moich nieodbierze, iako na consen-

cya

ąc podtámych Opactwá erogowanych. oraz tey assecuracyi moiey benepla-
citum Venerabilis Communitatis voyłodzkiey obligui się przy podpisie ręki moiey
y przyciśnieniu pieczęci. Działo się w Słupi die vigesima quarta Novembris
anno millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo. X. Alexander Rybiński
Referendarz W. X. L. Opat Świętokrzyski mpp. Locus sigilli. Pánni Abbatis
ad. Ja infrascripti capitulariter congregati ad sonum Campanæ hoc scriptum lecto
valey benevolentiam Reverendissimi Nostri erga Subditos Abbatiales et eorum
conservationem libenter intro contenta ratificamus, et Magnificum Alexandrum
Pac Popowicz de erogata summa assecuramus cum subscriptione manuum nostra-
rum, et sigilli Monasterii appositione. Fr. Jacobus Ostrowski Prior Sanctæ Crucis.
Fr. Georgius Jonston Henrici Senior mpp. Fr. Sebastianus Potycki Lovicensis Prepo-
situs Sieradziensis mpp. Fr. Stanislaus Stokowski Commendarius Lovicensis mpp.
Fr. Sto Martinski Provisor. Fr. Gregorius Karabniewicz. Fr. Placidus Paulinie-
wicz O. S. M. Fr. Chrysostomus Olszki. Fr. Hieronymus Fruszewicz mpp. Peter
Stephanus Warzymski mpp. Fr. Maurus Pietruszowski mp. Fr. Adamus Płonski
mp. Fr. Ambrosius Zadorski mp. Fr. Damianus Kotulski mp. Fr. Augustinus
Wirosławiewicz mp. Fr. Hadrianus Smielowski. Fr. Valerianus Słupski. Fr. Andre-
as Skorzewicz.

Luna Secunda Junii.

Constitutio Procuratoris per Mgcum Anquicz.

Coram Officio et Actis praesentis Curiæ Sandomiriensis personaliter constitutus
Magnificus ac Gnosus Dominus Michael Anquicz Vexillifer Novogrodensis
Judex Deputatus Tribunalis Regni Principalis, omnibus melioribus quibus
melius firmius, validius ac efficatius de Jure forma, via, stylo, potuit ac debu-
it modis in Suos veros legitimos ac indubitatos Procuratores, videlicet Nobi-
les Albertum Kozłowski, Joannem Bunicki cum solitis ratihabitionis
relevationisq; clausulis facultateq; unum vel plures alium vel Alios Man-
datarios in locum Suum cum simili vel limitata potestate substituendi, fecit,
constituit, elegit, creavit, ac solenniter ordinavit, prout facit constituit, eligit,
creat, ac solenniter ordinat. Ad Eiusdem constituendi nomine ac pro Eo
in omnibus et singulis causis et actionibus Judicialibus in Judicio Consi-
storiali Sandomiriensi incidendi motis ac movendi comparendum, easdemque
Causas promovendi defendendi tuendi Decreta in favorem Magnifici Constituen-
tis ferri petendum, a Contrariis et gravaminosis ad quem de Jure appellan-
di, Juris vel facti remedia dicendi, gerendi, exercendi, procurandi, expedien-
di,

et exequendum, quæ Ipsemet Constituens, diceret, gereret, exerceret, procuraret, expediret, et exequeretur se præmissis præsens interesset. Promittens idem Magnificus Constituens se id totum quidquid per memoratos Procuratores constitutus sive substituens dictum, factum, procuratum, expeditum et executum fuerit, ratum, gratum, firmum, perpetuò et in æuum habiturum. Relevans omnis Actum Præsens Illustri et Admodum Reverendo Andreæ Brolnicki Canonico et Iudice Surrogato Sandomirien. Meq. Valentino Casimiro Piotrowicz Ecclesiæ Insignis Collegiatæ Sandomirien. Vicedecano Publico Sacra Authoritate Apostolica et Actorum Conrii inibidem Notario.

Sub Eodem Actu.

Ingrossatio Mandati Executivi Curiæ Romanæ de capienda Possessione Beneficii in Trzesnia.

Coram Officio et Actis præsen. Conrii Sandomirien. personaliter constitutus in præsentia Illustris et Adm. Rndi Dni. Andreæ Brolnicki Canonici et Iudicis Surrogati Sandomirien. Admodum Reverendus Valentinus Casimirus Piotrowicz Parochus Trzesnen. Ecclesiæ insignis Collegiatæ Sandomirien. Vice Decanus Aplicus et Actorum Conrii inibidem Notarius. Principalis tenens et habens suis in manibus Mandatum Executiuum Curiæ Romanæ infrascriptæ de apprehenden. Possessione Beneficii in Trzesnia, de Data Romæ apud S. Petrum in Palatio Vaticano Aplico et ædibus Sacræ Rotæ sub Anno nunc currenti, die 14. Ianuarii contra Admodum Reverendum Christophorum Grzybowski dicti Beneficii in Trzesnia occupatorem emanatæ in Pargameno more Curiæ Rnæ Scriptum, illud ad omnem meliorem finem et effectum ad Acta præsentia petiit suscipi et ingrossari, quod obtinuit. Actum Præsen. Reverendis Laurentio Podgaqski Vicecustode, Valentino Rudzki Mansionario, Testibus ad præmissa vocatis. Cuius Mandati Executivi tenor de verbo ad verbum sequitur talis: Serenissimo Potentissimo et Invictissimo Principi et D.D. Augusto Secundo Regi Poloniæ, Magno Duci Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Mazoviæ, Samogitiæ, et Livoniæ, aliorumq. Dominiorum Vestrorum felicis Prosperitatis, augmentum, nec non Illustrissimis ac Rndmis D.D. Dei et Apostolicæ Sedis Gratia pro Sancta Sede Aplica in Regno Poloniæ Nuntio comoran. et Ego Cracovien. ac Illustrissimis et Rndmis D.D. eidem Archiepiscopatui, Archiepiscopis, et Episcopis Vicinioribus, eorumq. et cuiuslibet Ipsorum, in Spiritualibus et temporalibus Dnis

Vicariis

Vicariis et Officialibus Gnalibus Universis quoq et Singulis Reverendis Domi:
nis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus,
Thesaurariis, Sacristis, tam Cathedralium quàm Collegiatarum Canonicis, Parochia-
liumq Ecclesiarum Rectoribus, seu loca tenen. eorundem Plebanis, viceplebanis,
Capellanis, Curatis, et non Curatis, necnon Monasteriorum et Ordinum quorumcunq
Gnalibus, Provincialibus, Ministris, Guardianis, Fratribus, Monachis, Regularibus,
Conventualibus, exemptis et non exemptis, cæterisq Presbyteris, Clericis, Notariis et
Tabellionibus publicis quibuscunq per Civitatem et Diœcesim Cracovien. et aliàs ubi-
libet constitutis, vel eorum cuilibet in Solidum, necnon Illmis et Excellentissimis
Dnis Dnis ac Illustribus et Magnificis viris DD. Principibus, Ducibus, Marchioni-
bus, Comitibus, Vice Comitibus, Baronibus, Domicellis, Capitaneis, Consulibus, Justi-
tiariis, Advocatis, et Curiarum quarumcunq Majoribus, et Præfectis, Scribis, Servien.
Preconibus, Officialibus, Justitiæq Ecclesiasticæ et Secularis Ministris, aliisq Dnis
et Personis Jurisdictionem Spiritualem, temporalem et Ordinariam per Regna et
Dominia Regi Poloniæ Subjectis, et aliàs ubilibet exercen. et constitutis, illiq vel illis
ad quem seu quos priùs Nostræ Literæ pervenerint, aut præsentatæ fuerint,
et ad quem seu quos earundem ꝑsen. Nrarum Literarum Executio quomodo-
libet spectat et pertinet, quacunq præfulgeant dignitate, et quibuscunq Nomi:
nibus censeantur Franciscus Caffarellus J. V. D. Ssimi Dni Nri Papæ Capellanus
et Ipsius S. Palatii Aplici Causarum et S. Rotæ Romanæ Auditor, Causæq et Cau-
sis ac Partibus infrascriptis Judex Commissarius, ab Eodem Ssmo D. N. Papa
Specialiter et expressè deputatus, Salutem in Domino, et in Commissis diligen-
tiam facere, præsenq fidem indubiam adhiberi, Nrisq imò veritis Aplicis
firmiter obedire mandatis. Noveritis infrascriptis Commissionis cedulam Nobis
Authoritate Aplica præsentatam fuisse tenoris sequen. videlicet. Beatissime Pater
licet R. D. Petra Judex Commissarius in tertia seu alia veriori instantia non potuis-
set, neq de Jure debuisset procedere ad aliquam Sentenam, seu decretum Definiti-
vum in Causa et causis coram Ipso introductis per Partem et inter Christophorum
Grzybowski Devotis S. V. Oratorem ex una, et Valentinum Piotrowicz Adversa-
rium parte ex altera, de et super prætensa Institutione ad Ecclesiam Parochialem
in Trzesnia rebusq aliis, nisi priùs integrè transportatis Actis præcedentium
Instantiarum, nihilominus non minus nulliter, quàm iniustè prosilijt ad Sentenam
definitivam favore Eiusdem Valentini Adversarii, in qua confirmavit alteram
Sententiam seu Decretum Tribunalis Nuntiaturæ. Quia verò P. S. defectus trans-
portationis Actorum insanabilem nullitatem producit, propterea Idem Christo-
phorus Grzybowski, devotus S. V. Orator humiliter supplicat S. V. quatenus

dignetur circumscriptae dictae Sententiam R. D. Petrae cum omnibus suis incidentijs et
mergentiis, annexis et connexis, totoq negotio principali ac quolibet quos et nec non
attentorum et innovatorum, quorumcunq et restitutionis in integrum
alicui ex S. Palatii Apostolici Causarum Auditoribus seu loca tenentibus, attento quod
fructus controversae Ecclesiae, ad summam viginti quatuor ducatorum auri de Camera
annuatim ascendant, audien, cognoscen, deciden, fineq debito terminan, committere
et mandare cum facultatibus, citan et inhibendi, quos, quibus quoties et quando o-
pus fuerit etiam sub Censuris, aliaq facien geren exercen necessaria et opportuna
remissis etiam Constitutionibus Aplicis Stylo Pal. et Curiae caeterisq contrariis non
obstan quibuscunq statutis pro plenè De Mandato Ssimi D. Nri Papae audiat
Magistrum Franciscum citet, inhibeat, etiam sub Censuris procedat
attento partium consensu, et I. f. F. Columna Regen Palatii D. N. P. attento partium
consensu F. Cardinal. Spada. Cuius quidem Commissionis vigore transportatae actis
primarum instantiarum Dubium firmavimus, et in S. Rota proposuimus, illoq per Re-
dmos Dnos Coauditores Nros maturè discusso et ventilato, tandem prodijt resolutio
favorabilis R. D. Valentino Piotrowicz causis et rationibus in decisione per Nos de
super extensa adductae et expositis, ad quae plena habeatur relatio, et facto deniq
verbo super huius Causae expeditione, et annuen Dnis Coauditoribus nostris, per-
sonaliter ut moris est citato Domino Ulisse Vincena Procuratore Dni Christopho-
ri Grzybowski ad concluden in Causa, et Nram Sententiam definitivam audien, Nos
in Scriptis tulimus et promulgavimus Sententiam definitivam tenoris sequen, videlicet
Christi Nomine invocatô Nos pro Tribunali Seden et Solum Deum prae oculis habentes
per hanc Nram definitivam Sententiam quam et Coauditorum Nrorum consilio his in Scri-
ptis ferimus in causa et causis, quae primò et in prima in Curia Episcopali Cracovien
Secundò et in Secunda in Curia Nuntiaturae Aplicae Poloniae, tertiò et in tertia co-
ram Nobis seu alia veriori controversae fuerunt et controvertuntur Instantiis inter
Reverendum Dominum Christophorum Grzybowski Parochum Ecclesiae Parochialis
in Wielowies Appellan ex una, et Reverendum Dominum Valentinum Piotrowicz
appellatum partibus ex altera, de et super infirmatione vel confirmatione Senten-
tiae vel Sententiarum latarum, tam in dicta Curia Episcopali Cracovien, quam
in dicta Curia Nuntiaturae Aplicae ad favorem dicti Reverendi Domini Valen-
tini super Institutione Parochialis Ecclesiae in Villa Trzesnia Cracovien Diaece-
sis, rebusq aliis in Actis causae et causarum huius latius deductis, dicimus pro-
nuntiamus et definitivè sententiamus, male fuisse appellatum per dictum Dnum
Adversarium Christophorum, beneq iudicatum per dictam Curiam Episcopalem
Cracovien et Nuntiaturam Apostolicam, Sententiasq praefatas tam dictae Curiae

Episcopalis

episcopalis quàm Nuntiaturæ Aplicæ confirmandas fore et esse prout confirmamus et pro confirmatt habeti volumus et mandamus, præfatamq Ecclesiam Parochialem Villæ Trzesnia Cracovien Diœcesis adiudican fore et esse, favore præfati Valentini Piotrowicz prout adiudicamus, et pro adiudicata habeti volumus et mandamus, et de præfata Ecclesia Parochiali in Villa Trzesnia præfatum Dominum Valentinum instituendum fore et esse, amoto prædicto R. D. Christophoro, vel alio illegitimo decentore, prout instituimus, et pro instituto haberi volumus et mandamus, et mandatum de instituen, vel aliud quodcunq necessarium et opportunum decernimus, et relaxamus, prædictumq Reverendum Christophorum teneri et obligatum esse ad restituen dicto Dno Valentino omnes fructus, proventus, Decimas et emolumenta a dicta Ecclesia Parochiali, illiusq bonis Juribus a die motæ litis percepti seu percepti, quorum taxationem et fructuum liquidationem Nobis vel cui de Jure in posterum reservamus, perpetuumq Silentium præmissis imponendum fore et esse, prout imponimus et pro imposito haberi volumus et mandamus, Victumq victori in expensis condemnamus, quorum taxationem Nobis vel cui de Jure in posterum reservamus, prout ita dicimus, pronuntiamus et definitivè Sententiamus cum omnibus Ita pronuntiavi F. Caffarellus S. R. Auditor. Quæ quidem Nra Sententia definitiva tanqm lata cum Executione et in mandato obedientiali cum ab ea de Jure appellare non liceat, transitum fecit in rem iudicatam, et executioni venit demandanda. comparuit propterea in Judicio legitimè coram Nobis Perillustris et Excellntmus Dnq Marascellus Marianus in Rna Curia Causarum et dicti Reverendi Domini Valentini Piotrowicz Principalis Procurator, et pro executione Suprainsertæ Sententiæ Mandatum de Instituendo eundem D. Valentinum Suum Principalem ad Ecclesiam Parochialem, de qua agitur et Specialiter de immitten ad possessionem Eiusdem, in eadem Nra Sentea decretum ad partes expediri Mandati per Nos debita cum instantia postulavit. Nos Franciscus Caffarellus S. R. Auditor et Judex Commissarius antedictus attendentes et instantiam huiusmodi fore iustam, et rationi consonam, quodq iusta petenti non est denegandus assensus Authoritate Apostolica Nobis commissa, et qua fungimur in hac parte Mandatum seu mandata, ut ad favorem dicti Reverendi Domini Valentini ad partes expediri mandavimus, prout expediri mandamus et exequi volumus per præsentes. Quocirca earundem tenore præsen et Authoritate Apostolica præfata, et quâ fungimur in hac parte, Vos Serenissimum Potentissimum et Invictissimum Principem Regem Poloniæ antedictum, quem ob reverentiam V. Mtis Nris Censuris ligari nolumus, ad executionem tamen præsen efficaciter adimplen seu fieri permitten benigne in Domino exhortamur, atq rogamus. Vos verò omnes alios et Singulos Suprascripti et Vestrum quem-

libet in solidum requirimus et monemus, et vestrum cuilibet in virtute S. obedientiae
sub mille ducatorum auri de Camera locis piis arbitrio Nro applican et pro illis mandati
Executivi, et in Juris subsidium, quoad vos Illustrissimos et Reverendissimos Dominos
Nuntium, Archiepiscopos et Episcopos supra nominatt sub interdicto Eccles.
tantum, quo verò ad alios Excommunicationis, aliisq Ecclesiasticis sententiis, Cen-
suris et pœnis strictè præcipiendo mandamus, quatenus statim visis receptisq præsen.
et postquam præsen. vigore pro parte dicti Reverendi Dni Valentini Principalis
vel Eius legitimi Procuratoris fueritis requisiti, vel alter vestrum fuerit requisitus,
Eidem Reverendo Domino Valentino Piotrowicz vel pro eo suo legitimo Procura-
tori eandem Parochialem Ecclesiam Villæ Trzesnia, de qua supra agitur, adiudice-
tis et adiudicari mandetis, eundem Dnum Valentinum vel Eius legitimum Procura-
torem ad eandem Parochialem Ecclesiam instituatis, et pro effectu Institutionis, eun-
dem Rndum Dominum Valentinum, in veram realem actualem, et corporalem posses-
sionem Parochialis Ecclesiæ, eiusq Jurium Membrarum et pertinentiarum quarum-
cunq immittatis, inducatis, et imponatis, eundemq sic Institutum manuteneatis, de-
fendatis, et conservetis, ac manuteneri, defendi, et conservari faciatis, amoto ejec-
tô, et expulso e possessione dictæ Parochialis R.D. Christophoro Grzybowski omni-
què alio illicito detentore, et occupatore, prout Nos etiam tenore præsen. adiudica-
mus, instituimus, immittimus, imponimus, manutenemus defendimus, et conservamus
ac de fructibus Eiusdem Parochialis suo loco et tempore respon-
deri volumus et mandamus, omnemq alium illicitt detentorem amovemus, et pro amo-
declaramus per præsen. Inhibemus insuper expressè vobis omnibus et singulis su-
prascriptis, et præsertim dicto Domino Christophoro Grzybowski
omnibusq aliis quominus præmissa omnia et singula suum debitum sortiantur
effectum, impedimentum aliquod præstetis seu præstent, vel impedientibus et molestis
in aliquo detis auxilium, consilium, vel favorem publicè vel occultè, directè vel
indirectè, quovis alio prætextu, ingenio, causa, aut quæsito colore, Quod si forte
præmissa omnia et singula non adimpleveritis, aut aliquid in contrarium feceri-
tis, Nos ad pœnarum et Censurarum ut supra comminatarum Incursûs declarati-
onem, earumq aggravationem, et reaggravationem Majestate Vra tamen excepta
procedemus procediq curabimus, cuius mandati absolutionem in præmissis omni-
bus et singulis Nobis vel superiori Nro tantum reservamus. In quorum omni-
um singulorum præmissorum fidem has præsen. fieri et per Notarium Nostrum
infrascriptt fieri et subscribi curavimus, Sigilliq Rndmi Dni Decani Nostri ius-
simus impressione muniri. Datum Romæ apud S. Petrum in Palatio Vaticano

Aplico

Aplico, et in Aedibus Sacrae Rotae Sub Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi Millesimo Septingentesimo quarto, Indictione duodecimâ, die vero Decima quarta Januarii, Pontificatûs autem Sanctissimi in Christo Patris ac Domini Nostri Domini Clementis Divina Providentia Papae Undecimi, Anno Eius Quarto. Praesentibus DD. Juliano Cicellio et Michaele Angelo Caesarino Testibus ad praemissa rogatis. Locus X Signi Notariatûs. Et quia Ego Michael Blondus Romanus S. Palatii Apostolici Causarum et Sacrae Rotae Notarius de praemissis rogatus fui, praesens Mandati de instituendo et de immittendo Instrumentum Subscripsi et publicavi. Locus X Sigilli.

Sub Eodem Actu.

Magnificus Anquicz contra Venerabilem Wolski Clericum ratione temerariae delationis ad Serenissimum Regem protunc ad Sandomiriam cum Suo exercitu existentem.

Coram Illustri et Admodum Reverendo Domino Andrea Brolnicki Canonico et Judice Surrogato Sandomiriensi, ac in Eius publica Causarum audientia personaliter comparens Nobilis Joannes Kunicki Magnifici ac Generosi Domini Michaelis Ankwicz Vexilliferi Novogrodensis Deputati Tribunalis Regni Principalis Actoris Procurator, prout de mandato Procurae in Personam Suam Sub die hodierna his coram Actis recognitae plenè docuit, cum assistentia Instigatoris Officii praesens In termino hodierno ex Citatione provenien. contra Citatum infrascriptae proposuit. Quia Ipse non veritus poenas contra Calumniatores Sancitae Sui Principalis germanum Fratrem Personam religiosam, quasi cuiusdam proditionis et perfidiae in Sacram Regiam Majestatem, publicè insimulare, Ipsumq communicationem cum hoste habere, et eidem omnia revelare ac deferre, palam objicere, taliter fidem Suae Domûs erga Serenissimos Poloniarum Reges Semper intaminatae nullô habitô documentô atq probabilitate labefactare, et laedere, Suaeq eiusmodi iniquae delationis probandae causa ad Ipsum Serenissimum venire, et in conspectu S. R. Mtis temerè Se gerere, partim linguas fingendo, partim genu flectens ausus est ac praesumpsit. Ipsum igitur ob praemissum ausum ac temerarium progressum poenis condignis puniri.. ad restitutionem laesi honoris, revocationemq objectorum publicè praestandam, deprecationemq Solennem opportunis Juris remediis Stringi ac compelli debita cum instantia petiit. Comparuit quoq Religiosus ac Reverendus..

Casimirus Płoskowski Minister et Procurator Collegii Societatis Jesu Sandomirien
Suo ac Religiosi et Admodum Reverendi Sebastiani Kleszczanski Rectoris, totius
què Collegii praefati nomine, ad hanc Causam intervenien et quia per Eiusmodi calumni
am totius ferè Societatis laesus honor, et fides Serenissimis Principibus Semper integr
Servata, per iniquam Citati traductionem publicè sit lacessita, ideo eundem Citatum ad
publicam eiusmodi revocationem, deprecationemq Collegio faciendam teneri et esse
adstrictum adinveniri, et poenis gravioribus puniri instantissimè flagitavit. Praesente
Venerabili Stanislao Wolski M. Ord. Clerico Theologiae Auditore Citato ex adver
so Principali, Se motivo delationis, quod Valachi circumibant Civitatem Sandomirien
tanquam Speculatores, ad Illustrissimum Wenceslaum Exercitus S. R. M. Generalem
venisse, Subinde ex tractu colloquii accidenter, de Literis religiosi ac Reverendi Stepha
ni Ankwicz Soc. Jesu ad Illustrem et Magnificum Dominum Lanckoronski Succa
merarium Cracovien directis et missivis, per Valachos Perillustris Magnifici Domi
ni Chomotowski confederatae militiae Polonae Mareschalci interceptis, quod sibi ex
fama innotuit, nonnisi insinuasse, et exinde malam coniecturam habuisse, id ta
men ex temulentia dementer detulisse confiten memoratum Reverendum Ankwicz
et alias Personas Soc. communicationem quasi cum hoste habere unquam talia di
xisse negan et clementiam Judicii imploran, seq liberum à carcere pronuntiari
peten. In Contrarium Partis Actoreae et Intervenien Procuratores, acceptata propri
oris Citati confessione, eundem Citatum non tantùm ex temulentia et dementia, prout
asseruit, sed ex malitia quoq deliberatè et ex praeconcepto in Societatem odio, prae
missa fecisse et attentasse accusaverunt, Ipsumq haec formalia cum praeiudicio Sui
Principalis Domûs et integerrimae Intervenien Religionis coram variis etiam de
gnissimis Personis, videlicet quod nonnulli Patres Soc. Jesu et Signanter Rndus
Ankwicz cum adversae Parti adhaerentibus Communicationem habere et habuit, il
losq quasi de Securitate et amunitione civitatis Sandomirien, de numero militis
Sacrae Regiae Mttis, de excubiis, de modo introducen Valachos eiusdem Adversae
Partis cum periculo vitae Serenissimi notificabant et informabant, et respectivè no
tificabat, et informabat, temerè et malitiosè distinctis temporibus divulgasse fa
bricasse opposuerunt, Sequè et praecipue Sacram Religionem Societatis Jesu
his et similibus calumniis et iniquis delationibus iniuriatos esse magni cum Antoni
dolore conquesti sunt, et ut supra instetetunt. Praesen Venerabili Stanislao
Wolski Citato memorato, omnia prout narrantur vera esse negan. In oppositum
Partis Actoreae et Intervenien Procuratores se ad proban admitti postulare
runt, et interim Citatum cùm timeatur de fuga Ipsius in carcere detineri sup
plicarunt. Et Illustris ac Adm Rndus Dominus Canonicus et Judex Surro

gatus

gatus Sandomirien[sis] Supramemoratus attenta citati negatione Actores ad probandi[s] terminum[q] Inquisitionis et probationis eiusmodi in Officio pro[ut] expedien[ti] iuris immediate sequen[ti] qua erit dies Veneris Sexta Mensis et Anni curren[tis] praevia citatione contra Testes praefixit et interea citatum in carcere detinen[dum] esse censuit, prout praefigit, censet Decreti sui Vigore ad praemissa median[te] Actum Praesen[te] Illustri et Admodum Reverendis Casimiro Szczerba Sandomirien[si] Decano Zawichostien[si] Praeposito Tarlovien[si] in Lassocin Valentino Skarszewicz Sandomirien[si] canonicis et Scholasticis. Mei Valentino Casimiro Piotrowicz Ecclesiae Collegiatae Vicedecano Apostolico et Actorum Scribae Sandomirien[si] Notario, in Przemia Praemissis.

Veneris Sexta Junii.

Actor contra Eundem inducit Testes.

In termino hodierno ex Actis et citatione proveniente Nobilis Joannes Ignatius Magnifici Domini Michaelis Antkowicz Vexillifer Novogroden[sis] Principalis Actoris Mandatarius inscriptus et Religiosus Casimirus Pogorzelski Minister Collegii Sandomirien[sis] et Procurator Suo ac Religiosi et Admodum Reverendi Sebastiani Zaleszanski Rectoris totiusq[ue] Collegii Soc. Jesu nomine personaliter compare[ns] et Decreto antehabito in causa occasione objectarum calumniarum per infrascriptum citatum, sub die Luna Secunda Mensis et Anni curren[tis] lato satisfacien[s] ad comprobandum Intentionem Suam induxerunt Testes videlicet Nobilem Franciscum Malecki, Ingenuos Stanislaum Balcerowicz et Franciscum Kosciolecki ad perhibend[um] fidele veritatis testimonium iuxta Interrogatoria Partis Actorum et intervenien[tis] citatos, eosdem[q] admitti iurari et examinari petierunt. Praesen[te] Venerabili Stanislao Wolski M. Ord. in admissionem inductorum Testium consentien[te] et Illustris ac Admodum Reverendus Dominus Andreas Brolnicki Canonicus et Judex Surrogatus Sandomirien[sis] Testes inductos admisit, et recepto ab Ipsis et Ipsorum quolibet corporali iuramento super dicenda veritate praestandi solito eosdem mihi Notario infrascripto examinan[dos] committit. Et subinde memorati partis Actoreae et intervenien[tis] Procuratores puncta libelli Supplicis ad Serenissimam Matem per citatum compositi produxerunt, quibus quoniam citatus objecta in antecedenti termino iudicialiter negata quodammodo ratificare videtur, ideo iterum Propositionem causae praesen[tis] reproposuerunt et puncta dicti Supplicis libelli ad causam admitti postulaverunt. Praesen[te] Venerabili Stanislao Wolski citato Supra scripto puncta in ordine ad Supplicem libellum S. R. M[ajestatis] porrigendum

non per Se Sed per Suum amicum fuisse et esse concepta et conscripta eadem ex-
nunc ulli Suae confessioni contraria rejecisse et non admisisse et ad praesen-
tem jcere et non admittere dicen Suamq confessionem et negationem in antelion tem-
no factam ratificar. Et Illustris Domino qui Supra Judex Surrogatus praemissis
connotatis mandavit et ad eorum admiss. Praesen Illustri et Admodum Reveren-
do Domino Valentino Sicieszkiewicz Canonico Cancionatore Sandomiens
ctiq Valentino Casimiro Rottowicz ut Supra.

Luna Nona Mensis Junii.

Decretum contra Viblem Wolskj Supra Scriptum.

Coram Illustri et Admodum Reverendo Domino Andrea Brolnicki Canto
et Judice Surrogato Sandomiens ac in Eius publica Causarum audientia
personaliter comparens Nobilis Joannes Bunicki Magnifici ac Generosi
Domini Michaelis Andreae Vexilliferi Novogroden. Deputati Tribunali
Regni Principalis Actoris inscriptus Mandatarius et Religiosus ac Prudens
Casimirus Pilchowski Minister ac Procurator Suo et Admodum Reveren-
di Sebastiani Slesszanski Rectoris totiusq Collegii Soc. Jesu Sandomiens
Nomine intervenien cum assistentia Instigatoris Officii praesen in termino
diemo ex citatione proveniens Dicta et depositiones Testium in dato die in
sa inter Suum Principalem et intervenien ex una et infrascript Venerabilem
Wolskj occasione objectarum calumniarum aliàs prout in Originali propositio
ne causae praesen continetur Gratum partibus ab altera in officio praesen exa-
minatorum publicari et pro publicatis haberi petierunt et in Super testimonii
Gnosi Grabowski ac Literas manu propria citati ad Admodum Reverendum
Rectorem Collegii missivas produxerunt Decretumq definitivum in causa sem
Statum pro qualitate delicti puniri ad revocationem objectorum et restitutio
nem famae Deprecationemq Solennem Jure mediante fieri atq omnia quae
ratio et Justitia Sancta Suadebit decerni Statui Sententiari et promulgari
debita cum instantia postulaverunt. Praesen Venerabili Stanislao Wolski
Ord. Clerico citato ex adverso Principali in publicationem Depositionum
Testium prolationemq favorabilis Sententiae consentien Et Illustris ac Ad-
Reverendus Dominus Canonicus et Judex Surrogatus Sandomiens Supra
memoratus auditis utriusq Partis et intervenien propositis et responsis atq
allegationibus attenta citati propriis oris confessione ac negatione omnium cal-
mniarum de quibus convenitur toties judicialiter et in praesen termino repeti
tis literis ad Reverendum Patrem Rectorem missivis confessionem et agni-

tionem

tionem culpæ, negationemq; omnium objectorum continen. ac bene perpensis testimoniis ac depositionibus Testium Juratorum, ex quibus omnibus præmissis, quoniam concludenter liquet, quod Citatus Religiosum Stephanum Ankwicz Sui Actoris Germanum fratrem cum iniuria Suæ Domûs in Palatinatu Sandomirien. Sat inclytæ, et alias religiosas Personas Soc. Jesu, ac ferè totam Societatem intaminatæ fidei inter exortas moderni Status Reipubl. diffidentias et Scissiones, coram Excellentissimis Generalibus militiæ S. R. M. Ductoribus, et aliis quàm plurimis Personis, cuiusdam perfidiæ in S. R. Mttem et communicationis cum adversæ Parti adhæren. quasi per eundem Religiosum Ankwicz, et alias Personas Soc. habitæ, cum enormi læsione dictæ Societatis in similibus nunquam notatæ, non solum ex dementia sive temulentia, prout confessus, sed ex malitia quoq; et nulla habita iusta præsumptione, et documento, temerè et publicè insimulare, variis calumniis et imposturis eandem Societatem lacessere, Ipsam Sacram Regiam Majestatem et consultan. de Bono publico Rempublicam interturbare præsumpserit. Ideo pro eiusmodi temeratio ausu ac malitioso progressu, licet quidem Citatus graviores promeruerit pœnas, nihilominus ob eius Sui delicti confessionem, et clementiæ Judicii implorationem ad mitiores condescen. ante omnia integerrimæ tam Magnifici Actoris Domûs, quam Sacræ Societatis totius famæ, per eiusmodi iniquas delationes nihil debere nocere declaravit et pronuntiavit, et quatenus idem Citatus falsò et malitiosè impositas calumnias, prout in publica Causarum audientia sponte et liberè revocavit, et retractavit, ita in instanti publicè revocet et retractet, famamq; læsam in integrum restituat, Magnificum Ankwicz Actorem per tres Nobiles Possessionatos, ac Rndum Patrem Rectorem, totumquè Collegium Sandomirien. itidem per tres Presbyteros Solenniter in Ecclesia in assistentia plurium deprecetur, decrevit, et nè eiusmodi temeritas ac audacia Citati impunita maneat, eundem Citatum ad Sessionem formalis carceris in Turri penes Ecclesiam Collegiatam Sandomirien. per unum Mensem Subeundam et ex nunc incipien. condemnavit, qua expleta quatenus in continenti Recollectiones pro reformatione Spiritûs apud Patres Reformatos Sandomirien. per duas Septimanas peragat, et per totum tempus Recollectionum Servata obedientia R. Patri Guardiano omnia munia et Officia, tam diurna quàm nocturna obeat, et Silentium continuò pro Suæ linguæ procacitate Servet, Sententiavit, et ne similes ausus unquam attentare præsumat, sub pœnis gravioribus ad instantiam Partis in quocunq; Judicio extenden. et per Citatum irremissibiliter Subeun. Seriò inhibuit, atq; ad effectum parendi Decreto præsen. Literas Executoriales cum termino trium dierum relaxavit, prout declarat, pro-

nuntiat decernit, sententiat, inhibet, relaxat praesen. Suis Decreti Vigore dispositiua. Quod Decretum Venerabilis Stanislaus Wodecki citatus libenter suscepit et acceptavit, et se eidem in toto satisfacturum submisit. Jam autem Magnificus Michaël Amborowicz Actoris Procurator ad Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Nuntium, quòd citatus ut mitius iudicatus appellavit. Et Domino ejusdi Appellationi deduit. Actum Praesen. Illustri et Admodum Reverendo Valentino Kniezkiewicz Canonico et Concerenatore Sandomirien. Magº Valentino Piotrowicz Ecclesia Collegiata Vicedecano Publico et Auctoritate Consistorii Sandomirien. Notario, Paroche Brzesnen. aliisq; quàm plurimis Testibus, videlicet Nobilibus Michaële Mierzewski Francisco Fatygati Spectabilibus Dominico Draicati Stanislao Wodecki.

Mercurii Decima octaua Junii.

Constitutio Procuratoris per Magnificam Ludovicam Zaholicka.

Coram me infrascripto Notario ad Illustri et Admodum Dnõ Andrea Kralnicki Canonico et Judice Surrogato Sandomirien. Specialiter Deputato personaliter constituta Perillustris ac Magnifica Ludovica Zaholicka Palatina Podolien. Principalis omni meliori modo, in Jurisq; legitimè ac indubitatos Procuratores sive Mandatarios, videlicet Illustrem et Admodum Reverendum Joannem Wenton Philosophiæ D. Magistrum Apostolicum, Canonicum Chelmen. Generosos Andream Bobowski Josephum Gutkowski cum omnibus ratihabitionis relevationis clausulis, facultateq; unum vel plures Mandatarium vel Mandatarios, in locum Suum cum simili vel limitata potestate substituendi fecit, constituit, elegit, ac solemniter ordinavit. Ad Eiusdem Constituen. nomine, ac pro ea Ipsa in Causa inter eandem Constituen. Actricem ex una, et Perillustrem ac Magnificum Dominum Michaëlem Amor. Capitaneum in Tarnow occasione nullitatis Matrimonii ex defectu consensus et assistentiæ a legitimi Parochi, rerumq; aliarum, in processu Causæ Eiusdem descripturam Judicio Ordinario Cracovien. et Signanter coram Perillustribus et Admodum Reverendis Dominis Commissariis desuper delegatis comparendi Jurisdictionem fundandi eaq; omnia pro causæ præsen. exigentia necessaria et opportuna decernendi aliàs ad Suum effectum Literas Commissionis deduci petendi Testes inducendi, eosdemq; iurandi et examinandi iuxta formam Juris Interrogatoria instandi Causam eandem promovendi, tuendi, defendendi Decreta tam Interlocu-

toria

toria quàm Definitiva ferri, et in Scriptis promulgari postulan, a contrariis et gravaminosis ad Quem de Iure appellan, aliave Iuris vel facti remedia pro Causa praesentis exigentia dicen faciendum, exercen procurandum ac exequen aliàs in forma Mandati Procuratorii Constitutivi plenissima. Actum in Radomijsl Praesente Illustri ac Magnifico Domino Nicodemo Zaboklicki Palatino Podolien Genero Sigismundo Kawecki, Meq Valentino Casimiro Piotrowicz Parocho Trzesn Ecclesiae Insignis Collegiatae Vicedecano Apostolico et Actorum Consistorii Sandomirien Notario.

Sub Eodem Actu.

Magnificus Michael Amor Comes in Tarnow constituit Plenipotentes in eadem causa.

Coram Officio et Actis praesen Conrii Sandomirien personaliter constitutus Perillustris et Magnificus Domino Michael Amor Comes in Tarnow Principalis omni meliori modo in suos veros legitimos Procuratores et Mandatarios videlicet Nobiles Franciscum Fatayski Joannem Kunicki, cum Solitis ratihabitionis & clausulis fecit, constituit, ac Solenniter ordinavit. Ad Eiusdem Constituen nomine ac pro eo Ipso coram Perillustribus et Admodum Reverendis Dominis Commissariis ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino Domino Administratore Cracovien Specialiter deputatis in Causa inter Perillustrem ac Magnificam Ludovicam Zaboklicka Actricem ex una, ex Se Constituen ex altera, occasione quasi nullitatis Matrimonii inter se contracti, idq ex defectu assistentiae legitimi Parochi et consensus, aliàs prout Propositio Originalis Causae praesen obloquitur, comparen causam eandem tuendum, contra Testes inducen excipien, aliaque pro causae eiusmodi exigentia Iuris v facti remedia desuper necessaria vel opportuna dicendum, gerren exercen procuran ex exequendum; aliàs in forma Mandati Procuratorii Constitutivi plenissima, etiamsi talia essent, quae magis Speciale vel generale, quàm praesentibus, est expressum requirerent Mandatum. In quorum fidem Datt Sandomiriae Praesen Generosis Alexandro Grusiecki, Valeriano Puciata, Meque Valentino Casimiro Piotrowicz Parocho Trzesnen Ecclesiae Collegiatae Sandomirien Vicedecano Aplico et Actorum Conrii inibidem Notario.

Lunae Vigesima tertia Iunii.

Constitutio Procuratorum per Genero-

Sym Cebulski.

Coram Officio et Actis praesen Conrii Sandomirien personaliter constitutus Generosus Matthias Cybulski Vice Palatinus Sochaczevien Bonorum villae Michocin Tenutarius Principalis omni meliori modo in Suos veros legitimos ac indubitatos Procuratores ac Mandatarios Videlicet Excellentem Antonium Pu-spery Nobilem Franciscum Przygodzki Causarum in Consistorio Gnali Cracovien Patronos cum facultate in locum Suum cum Simili vel limitata potestate alios Mandatarios Substituen fecit, constituit, elegit, ac Solenniter ordinavit. Ad Eiusdem Constituen Nomine ac pro Eo ipso in omnibus ac Singulis Causis Signanter in Causa et actione ex Actoratu Illustris ac Admodum Reverendi Casimiri Siecienski I. V. D. Prothonotarii Apostolici Canonici Tarnoviensis Decani Paczanovien Parochi Biechovien ratione Decimae Manipularis ad Ecclesiam Parochialem Michocinen Spectan Sibi intentatt coram Iudicio Administratoriali Cracovien comparen Causas et Causam promoven defenden tuendum, Decreta tam Interlocutoria quam Definitiva pro Parte Sui Constituentis ferri petendum, aliaq pro Causae exigentia Iuris vel facti remedia dicen geren exercen procuran expedien ac exequendum, quae Ipsemet Constituens diceret, gereret, exerceret, procuraret, expediret, ac exequeren Si praemissis ipsens interesset, etiamsi talia essent quae magis Speciale vel generale quam praesentibus est expressum requirerent mandatum, alias in forma Mandati Procuratorii Constitutivi plenissima. Actum Praesen Me Valentino Ut Supra.

Mercurii vigesima quinta Iunii. 1704

Institutio Perillustris Fredro ad Eccleam Parochialem in Raclawice.

Illustris et Admodum Reverendus Dominus Andreas Brohnicki Canonicus et Iudex Surrogatus Sandomirien ab Illmo Domino Administratore infrascripto Deputatus Commissarius, in termino hodierno ex Literis Cridae de data Cracoviae decima tertia Mensis et Anni Curren una cum Commissione emanatt, debitè executt provenien in contumaciam omnium et Singulorum Sua ex adverso Ius aut interesse aliquod ad Collationem infrainsertae Ecclesiae Raclavicen Se habere putan, citatorum et non comparen Perillustrem et ~~Admodum Rndum~~ Reverendissimum Dominum Antonium Fredro Canonicum Gnesnen Ecclesiae Parochialis in Raclawice, Collatorem, ad eandem Ecclesiam post obitum Reverendi olim Stanislai Ogonowski illius ultimi ac

immediati

immediati Possessoris Vacan facta Submissione per eundem in continen de re-
stauranda Ecclesia dicta Raclavicen, et aliis Servatis de Iure reservan videlicet
praevio examine, recepto ab Ipso corporali iuramento iuxta praescripti Ssimi
Concilii Trident. Super Catholicae fidei professione, tum quoq de obedientia et
reverentia Illustrissimo Loci ordinario praestan, deq non alienan dictae Eccle-
siae Bonis, quinimo alienatis pro posse recuperan per manûs Suae Capitis e-
ius impositionem instituen ac investien esse duxit, prout Curam Animarum, ad
ministrationem Spiritualium, ac regimen temporalium rerum Ipsi commiten
instituit, ac investivit, literasq Institutionis ac Investituae in forma Solita
extradere decrevit, et nihilominus quatenus idem Perillustris Institutus Submis-
sioni Suae de reparanda Ecclesia quantocius Satisfaciat, eandem Ecclesiam
restauret, injunxit. Actum Praesen Me Valentino Casimiro Piotrowicz Eccle-
siae Insignis Collegiatae Sandomirien Vicedecano Apostolico et Actorum Con-
sistorii Sandomirien Notario Parocho Trzesnen. Quarum quidem Literarum
Cridae cum Commissione, de quibus facta mentio tenor Sequitur talis. Casimirus
a Lubna Lubienski Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Heraclien
Suffraganeus Canonicus Sede Vacan Episcopatûs Cracovien ac Ducatûs
Severien Gnalis Administrator. Honoran viris Vicariis Ecclesiarum qua-
rumvis, caeterisq Presbyteris, quibusvis Clericis, Scholiregis, aliisq legitimis
Executoribus, tenore praesen requiren Salutem in Domino. Mandamus vobis
in Virtute Sanctae Obedientiae, et Sub Excommunicationis poena, quatenus ad
Instantiam Perillustris et Admodum Reverendi Alexandri Antonii Fre-
dro Canonici Gnesnen Bonorum villae Raclawice Haeredis et Possessoris
ac Ecclesiae inibidem Sitae Patroni et Collatoris personaliter acceden Si com-
modè poteritis, aliàs per edictum publicum, aliquo die Dominico vel festo
coram Populo ad Divina audien congregato publicè ex ambona proponen
vel per affixionem valvis copiarum praesertim antedictae Ecclesiae publican
omnes et Singulos Sua ex adverso Ius Patronatûs et praesentan ad praedi-
ctam Ecclesiam Raclavicen communiter vel divisim, aut quomodolibet Se
habere putan et praetenden Ipsos uno edicto pro tribus ac peremptoriè
citetis, quos etiam Nos praesen citamus, ut coram Perillustri et Admodum
Reverendo Christophoro Dembicki I. V. D. Cracovien Sandomiriensi
Canonico et Officiali, Praeposito Stobnicen, Seu illius Iudice Surrogato
in domo Solitae illius residentiae, tertia die ab Executione praesen Ipsa
tunc Iuridica existen, aliàs extunc proximè et immediatè Sequen exclu-
sâ et non computata Vrae Executionis die, horâ audientiae Ipsius Solitâ

personaliter legitimè ac peremptoriè compareant. Ad viden et audien Ipsum ad praefatam Ecclesiam post mortem et obitum Adm Rndi olim Stanislai Ogonowski illius ultimi et immediati Possessoris vacan (ex quo dicta Ecclesia Summè desolata existit, dictusq Perillustris Actor uti Patronus eô maximè motivo, quòd eandem Ecclesiam restaurare intendat, et mediantibus Literis missivis ad Nos datis, ad hoc se submittit et obligat, provideri petit) Authoritate Nostra Administratoriali instituti ac investiri, Literasq Institutionis ac Investituræ desuper necessarias in forma solita decerni et extradi mandari. Cæteraq & Certificantes eosdem taliter Citatos sive citandos, quod sive in dicto Literarum Cridæ termino comparuerint sive non, nihilominus tamen Suprascriptus Commissarius Noster, ad ea quæ Juris et iustitiæ erunt Dante Domino procedet, absentia sive contumacia Citatorum in præmissis vel aliquo præmissorum non obstante. Cui quidem Perillustri et Admodum Reverendo Commissario Nostro præsen facultatem concedimus, quatenus in termino ex dispositione præsen legitimè incidenti antedictæ Præsentatæ in contumaciam omnium et singulorum iisdem Cridæ Literis Citatorum non comparen ad præfatam Ecclesiam modo præmisso vacan: prævio prius examine et recepto ab Ipso iuxta præscriptæ SS. Concil. Tridentini et Bullæ Pii IV. Super Catholicæ Fidei Professione, tum quoq de Obedientia et reverentia Illustrissimis Loci ordinariis præstan, deq non alienan dictæ Ecclesiæ Bonis, quinimo alienatæ pro posse recuperan solito corporali iuramento, per manus suæ capiti Eius impositionem instituat et investiat. Curam Animarum Administrationem Spiritualium, et regimen temporalium rerum ipsi in eadem Ecclesia committat, et quatenus dictam Ecclesiam Perillustris Actor quantocius reparari curet, mediante Decreto suo iniungat, Literasq Institutionis et investituræ desuper necessarias in forma solita decernat, sub titulo et sigillo suis consvetis extradat. In eventu verò alicuius litis et contradictionis Causam hanc unà cum Partibus ad Nos Judiciumq Nostrum remittat, et terminum coram Nobis comparen iisdem præfigat. In quorum fidem Datum Cracoviæ decima tertia Mensis Junii 1704. Casimirus Zubienski Episcopus Heraclien Suffraganeus Generalis Administrator Episcopatus Cracovien Locus X Sigilli.

Vigesima Sexta Mensis Junii.

Constitutio Procuratorum per R. Strucki.

Coram Officio et Actis præsen Conrii Sandomirien personaliter constitutus Admodum Reverendus Hyacinthus Strucki Parochus in Strzyzowice Principalis

cipalis omni meliori modo in suos veros legitimos ac indubitatos Procuratores vide-
licet Gnosum Andream Morantij Nobilem Albertum Wloskiewicz Excellentem Se-
bastianum Musiewicz Causarum in Tribunali Illmae Nuntiaturae Aplicae Patronos
et Advocatos, cum Solitis ratihabitionis et relevationis clausulis, facultateq unum vel
plures Mandatarium vel mandatarios in locum suum cum simili vel limitata potestate
substituen in Solidum fecit, constituit, elegit, ac Solenniter ordinavit. Ad Eiusdem
Constituen nomine ac pro eo ipso in omnibus causis, Signanter in Causa et actione Iu-
diciaria ex Actoratu Instigatoris Officii ratione vitae, morum, excessuum aliarumque
inconvenientiarum Venerabili Sebastiano Skarzynski quondam vicario in Strzyzo-
wice, primò coram Iudicio Cenriali Sandomirien intentata, tandem post expeditam
Inquisitionem Iuratoriam ad Iudicium Administratoriale Cracovien cum toto effe-
ctu pro disiudicatione remissa, ac coram eodem Iudicio Cracovien ad Instantiam purè
Instigatoris decisa, ac demum via appellationis sive recursus non intra fatalia Iuris
Interpositi ad Tribunal Illmae Nuntiaturae devoluti, coram eodem Tribunali compa-
rendum, Causam ad Instantiam Instigatoris in casu correctionis vitae inappellabilem
pronuntian se Constituen ab iniusta provocatione appellan liberum declarari instan
alias eandem Causam et Causas tuendum, defenden, Decreta tam Interlocutoria quam
Definitiva ferri et in Scriptis promulgari postulan a Contrariis ad quem de Iure ap-
pellan aliaq Iuris vel facti remedia pro Causae termini processus Iudiciarii exi-
gentia desuper necessaria vel opportuna dicen, geren, exercen, ac exequendum
etiamsi talia essent, quae magis Speciale vel generale, quam praesen est expressum
exigerent Mandatum, alias in forma Mandati Procuratorii constitutivi plenissi-
ma. Actum Praesen Me Valentino ut supra.

Sub Eodem Actu.

Insertio Quietationis a Iudaeis obtentae per eun-
dem Reverendum Strucki.

Coram Officio et Actis praesen Cenrii Sandomirien personaliter constituto
Admodum Reverendus Hyacinthus Strucki Parochus in Strzyzowice Prin-
cipalis tenens et habens suis in manibus Quietationem ratione debiti per Adm
Reverendum olim Matthiam Slupecki Parochum in Modliborzyce apud Infi-
delem Abraham Markowicz Incolam Opatovien contracti, de Data Opatov
Vigesima Septima Mensis Aprilis Anno Curren datam, eandem ne aliquo casu
depereat, Actis praesen inseri et ingrossari postulavit. Actum Praesen Me Valen-
tino Casimiro Piotrowicz Parocho Trzesnen Ecclesiae Collegiatae vicedecano A-
postolico et Actorum Consistorii inibidem Notario. Cuius Quietationis tenor
sequitur talis. My niżey podpisani Stanąwszy obecnie przed Sądem naszym

Zydowskiem y Leszczami y przed Starszemi Opatowskiemi Zakonu Naszego Zbora na umysle y cele wszytscy będąc dobrowolnie zeznawszy y niezprzymuszenia Dworzanina, zeszłem się za dozwoleniem Stanu, od Imć Xiędza Jacoba Struckiego Plebana Stryjowskiego, a Exekutora godney pamięci Nieboszczyka Imć. Macieia Stupeckiego Plebana na on czas Modliborzyckiego, a to podług oddanym Naszemu nieuwiernemu Abrahamowi Marcowiczowi, niegdy obywatelowi Opatowskiemu należytym, dobrym długom naszych rzetelnie y słusznie wyliczył, zapłacił y oddał. Przeto po zrzeczeniu oddania przed niniejszym Sądem Naszym, i Starszemi Naszemi do Exhibitu Zwierzchnego y wszystkie terminy prawne w Consistorzu Sendomirskim prowadzone unieważnione, Scripta wszystkie y Papiery do tey Sprawy należyte wrzecz oddawszy, Jeżeli na co dla większey pewności rękami własnymi podpisuiemy się i Starsi proszeni podpisali. Działo się w Opatowie dnia dwudziestego Miesiąca Sierpnia. Roku tysięcznego Siedmsetnego czwartego.

Tertia Mensis Julii
Constitutio Procuratorum per Illrem Leszczowski.

Coram Officio et Actis praesentium Sandomiriensium personaliter constitutus Illustris et Admodum Reverendus Casimirus Leszczowski Canonicus Tarnoviensis Decanus Michocinensis in Zanizow et Borowa Parochus Principalis omni meliori modo in suos veros legitimos ac indubitatos Procuratores et Mandatarios videlicet Reverendos Jacobum Orzechowski Seniorem CC. Psalterzystas Ecclesiae Collegiatae Sandomiriensis Joannem Dachowicz Vicarium Przesmycensem Matthiam Wodeckí Mansionarium Sandomiriensem cum pleno ratihabitionis et relevationis clausulis facultatis unum vel plures Mandatarium vel Mandatarios in locum Suum cum simili vel limitata potestate substituendum fecit, constituit, elegit ac solemniter ordinavit. Ad Eiusdem Constituentis nomine ac pro eo Ipso in omnibus et singulis causis in Judicio Consistoriali Sandomiriensi inciden. movendis ac movendum, comparendum, Decreta in favorem constituen. ferri peten. a contrariis et gravaminosis ad quem de Jure appellan. aliaq. Juris vel facti remedia dicendum faciendum gerend. exercendum procuran. expedien. et exequen. alias in forma Mandati Procuratorii Constitutivi plenissima et perfectissima. Actum Praesente Clero Valentino ut supra.

Die

Die Veneris quarta Julii

Protestatio per Gnosum Trembecki contra Perillustrem Mogielnicki.

Coram Officio et Actis praesen. Conrii Sandomirien. personaliter constitutus Gnosus Joannes Trembecki Bonorum Villae Kunice ad Canonicatum Sandomirien. Spectan. Tenutarius Principalis, omnibus melioribus quibus melius, firmius, validius ac efficacius de Jure forma, via, Stylo potuit ac debuit modis, tenens et habens Suis in manibus Protestationem in et contra Perillustrem et Admodum Reverendum Jacobum Mogielnicki Canonicum Camenecen. Sandomirien. Praeptum Woyciechovicen. per se conscriptam et confectam, eandem ad Acta praesen. contra eundem Perillustrem Mogielnicki Solenniter protestan. admitti petiit, et obtinuit. Actum Praesente Me Valentino Casimiro Piotrowicz Parocho Trzesnen. Ecclesiae Collegiatae Vicedecano Aplico et Actorum Conrii Sandomirien. Notario Cujus Protestationis tenor sequitur talis. Coram Officio et Actis praesen. Conrii Sandomirien. personaliter constitutus Gnosus Joannes de Tramsko Trembecki Solenniter coram eodem Officio praesenti in et contra Perillustrem et Adm. Reverendum Jacobum Mogielnicki Canonicum Camenecen. Sandomirien. Praepositum Woyciechovicen. protestatus est. Quia Ipse Copiam certam Citationis sive compulsus, quasi contra se Protestan. ab Officio Cracovien. emanatae, non habito Authentico Instrumento eiusdem Citationis, et Protestanti non exhibito, Sub die Secunda, ac si de data Cracoviae die octava Junii Scriptae Mensis Julii Anno Curren. in domo propinatoria Sandomiriae Sita cuiusdam Famati Skorupski Civis Sandomirien. in qua domo tanquam Hospes Sandom. idem Gnosus Protestans per unam vel alteram horam aliquoties commoratus est, per suum puerum, qui cum eodem Perillustri Mogielnicki frameatus incedit, projci et penes eundem Civem Sandomirien. Famatum Skorupski eandem Copiam relinqui mandavit, quare idem manifestans casu veniens Sandomiriam, acceptâ notitiâ de projecta eiusmodi Copia in domo memorati Famati Skorupski quasi contra se emanatae, de indebita et inaudita eiusmodi Copiae intimatione, quinimo de falsificatione Literarum quasi ab Officio Cracovien. extraditae, quas Ipse Authenticas non habuit protestatus et manifestatus est. Offerens Salvo Jure.

Octaua Mensis Julii.

Constitutio Procuratorum per G. Stradomska.

Coram Officio et Actis praesen. Conrii Sandomirien. personaliter constituta Gnosa Theressia Stradomska Principalis omnibus melioribus, quibus melius, firmius validius ac efficacius de Jure forma, via Stylo potuit ac debuit modis, praemissa manifestatione contra Castrum Sandomirien. quod requisitum existens a prae-

fata Constituen Eiusmodi Plenipotentiam Suam ad acta Suscipere noluit, in suos legitimos ac indubitatos Procuratores, videlicet Generosos et Nobiles Adamum Dorogowski Subdapiferum Zytomirien Notarium Cameneccen Podolien. Hyacinthum de Gniezkow Eos vicecapitaneum et Judicem Castren Letzen Casimirum Lanckoronski Venatorem Busecen, Albertum Sigismundum Szczepkowski Tribunum Landecen Fiscum Osecki Camerarium Granicialem Podolie, Jacobum Rodriski Ludovicum Andream Radzieminski, absentes tanquam presen cum solitis rati habitionis et relationis clausulis fecit, constituit, elegit, deputavit, creavit ac solemniter ordinavit, ita et eisdem Gnosis constituen nomine, ac pro Ea Ipsa in omnibus et singulis causis, Signanter Causa cum Gnoso Michaele Stradomski Dapifero Bonicen primum ratione Separationis a thoro et mutua cohabitatione Matrimoniali ex rationibus adductis coram Judicio Administratoriali Cracovien mot, ac demum respectu Solvendorum alimentorum, ipsi ex Bonis memorati Gnosi Stradomski Constituen concernen ad forum quod eis competens Castrense Sive Tribunalitium remissa, coram eodem Judicio Tribunali et quocunq Subsellio fori Secularis comparen, Causas et causam instituen promoven tuendum et defenden. Decreta tam Interlocutoria, quam Definitiva pro Parte Constituen ferri promulgari et debita Executioni demandari peten, a contrariis et gravaminosis aliquem de Jure appellan aliasq Juris vel facti remedia denique necessaria et opportuna, pro Causa termini, Processusq Judicii ordinarii exigentia dicen gerendum exercen procuran expedien ac exequen, quod Ipsamet Constituens dicen gereret, exerceret procuraret expediret ac exequeretur, si premissis presens interesset, etiam si talia essent, quod magis Speciale vel generale quam presentibus est expressum requireret mandatum, nec non ad prastan Juramenta de Juris dicta et honesta, postas Judicialias levan percipien de levatis et perceptis quietan alias in forma Mandati Procuratorii Constitutivi plenissima et perfectissima. Actum Presen Reverendo Valentino Rudzki Ecclesia Collegiata Sandomirien sis Canonicatus Mscj valentino Casimiro Piotrowicz Parocho Przemyslen eiusdem Ecclesia Collegiatar Vicedecano, Apostolico et Actorum Cancellario Sandomirien Notario.

Vigesima Nona Augusti.

Protestatio Magnifici Tymiński contra Perillustrem Mogielnicki.

Coram Officio et Actis praesen Cancellarii Sandomirien personaliter constitutus Nobilis Martinus Przowski Arris Sandomirien Burgrabius Nomine Magnifici Michaelis de Tymienica Tymiński Secretarii Capitanei Solennem

in et contra

in et contra Perillustrem et Admodum Reverendum Jacobum Mogielnicki Ca-
menecensem Sandomirien Canonicum Fundi Kunice Præpositum Woyciechovicen
infrascriptam Protestationem per se conscriptam obtulit, et eandem ad Acta præsentia
suscipi, et in forma proban sibi extradi petiit, quod prout de Jure obtinuit. Actum Præ-
sente Me Valentino Casimiro Piotrowicz Parocho Trzesnen Ecclesiæ Collegiatæ Vice-
Decano Apostolico et Actorum Conrii Sandomirien Notario. Cujus Protestationis obla-
tæ tenor sequitur de verbo ad verbum huiusmodi. Coram Officio personaliter constitutus
Generosus Martinus Uszowski Magnifici Michaëlis de Tyminica Tyminski
Chrzcinen Capitanei Aulicus, et Arcis præsen Sandomirien Burgrabius, Nomine
præfati Magnifici Domini Sui, Solennem eidem Officio præsen in et contra Perillu-
strem et Admodum Reverendum Jacobum Mogielnicki Sandomirien et Camene-
censem Canonicum, Præpositum Woyciechovicen tum Nobilem Marciszewski aliosq;
Eius famulos, necnon laboriosos de Bonis Kunice Subditos ad præsens de nomini-
bus et cognominibus ignotos. Quia Ipse ausus est tot vicibus in Campis ad Bona
Villæ Stodoly, ad Possessionem Sui Protestan Magnifici Domini pertinen, tum et pra-
tis inibidem Sitis ad fines seu limites Bonorum Villæ Kunice ad Possessionem Supra
memorati Perillustris et Adm Reverendi Mogielnicki pertinen jacentibus et con-
sisten damna per Subditos Suos, tum et famulos inferre, in inferendis iisdem damnis
conniventiam præbere, Violentias perpetrare permittere, Singulariter verò tempore
non ita pridem præteritò, videlicet ipso die Festi Sancti Bartholomæi Apostoli
proximè præterito, Anno præsen, tunc dum et quando Gnosus Stanislaus Mosa-
kowski bonorum præfatorum Stodoly Administrator, cum Infideli Braxatorii
in eadem Villa existen Arendatore ad Oppidum Ozarow viâ publicâ ad Nundi-
nas, pro conficien nonnullis rebus necessariis in curru duobus equis trahen ten-
deret præsumpsit attentare, prout de facto attentavit, famulos et Subditos Suos præfa-
tus Perillustris et Adm Reverendus Mogielnicki, ad violentias inferendas
ad Viam quâ prædictus Gnosus Mosakowski proficiscebatur (ut eundem captiva-
rent et ad Eius residentiam adducerent) Superimmisit, qui taliter Superimmissi
obviando dicto Gnoso Mosakowski in Via libera et publica, eundem ac si alicu-
ius criminis reum sine ulla occasione et prætensione ad eum habita captivarunt,
mandata Sui Domini illicita exequen ad residentiam seu Curiam in Bonis memo-
ratis Kunice Sitam adduxerunt, Sicq; adductum idem Perillustris et Admodum
Reverendus Mogielnicki, primò verbis asperis Natalitia et Statum nobilita-
rem lædentibus afecit, dishonoravit, et Summopere contemptuavit, deinde con-
vocatis famulis et Subditis Suis, eosdem ut eundem Gnosum Mosakowski
baculis, alioq; rusticano armorum genere concuterent, et occiderent, concita-

vit, et ut præmissa exequerentur Idem Subditi et Famuli Seriò præcepit, qui quidem Subditi et Famuli mandato Sui Domini obtemperan, in omni licentiam ex mandato et conniventia Domini Sui haben ad inferendas violentias processerunt, Supra scripti Gnosi Mosakowski in præsentia Sui Domini concusserunt, converberârunt, contemptuarunt, dishonorarunt, currum cum duobus equis præfati Infidelis Arendatoris Braxatoris in Bonis Villæ Stodoly Siti proprium, quo vehebantur ad nundinas Idem Perillustris et Admodum Reverendus Mogielnicki intercipi, cum rebus variis in curru existen demandavit, prout interceperunt, commodo et usui Sui Domini converterunt, nec quidquam restituerunt, nec hucusq restituere curant, præfatusq Perillustris et Admodum Rndus Mogielnicki, reddere et restituere curat, eaq omnia penes Se detinet, et cum detrimento Sui Protestantis Magnifici Domini fovet, pluraq inferen pollicetur. Quare idem Protestans obviando majoribus et ulterioribus damnis, eo quo Supra Nomine iterum atq iterum protestatur. Offeren præfatum Magnificum Dominum Suum eadem damna præmissa Iure median vindicaturum, Salva Eiusdem Protestationis præsen augendæ, minuen ac in aliam formam pleno in robore reservata facultate immutan.

Sub Eodem Actu.

Constitutio Procuratoris per Adm. Rndum. Vszynski Parochum in Chobrzany.

Coram Officio et Actis præsen Conrii Sandomirien personaliter constitutus Admodum Reverendus Dominus Vszynski in Chobrzany Parochus Principalis omni meliori modo in Suum verum, legitimum, ac indubitatum Procuratorem Videlicet Illustrem et Admodum Reverendum Joannem Siwertt, Canonicum Vislicen Præpositum in Brzostek Causarum Episcopatus Cracovien Sede vacante Fiscalem, cum facultate alium Mandatarium in locum Sui cum Simili vel limitata potestate Substituen fecit, constituit, elegit, ac Solenniter ordinavit, ad Eiusdem Constituen nomine ac pro eo ipso in omnibus et singulis Causis tam ex Actoratu quam reatu in Judicio Ordinario Cracovien inciden comparendum, Causas easdem promoven et debitè fieri terminan et omnia Juris vel facti remedia pro Causæ alicuius exigentia dicen, geren, facien, exercen ac exequendum quæ Ipsemet Constituens diceret, faceret, gereret, exerceret, ac exequeretur, si præmissis præsens interesset, etiamsi talia essent quæ magis speciale vel generale quam præsen est expressum exigerent mandatum, alias in forma mandati Procuratorii Constitutivi plenissima. Actum Præsen Me Valentino Zut Supra.

Quarta

Quarta Mensis Septembris

Plenipotentia ad inscribendam Provisionem Venerabili Rudkowski per Adm Rndum Błażeiowski.

Coram Officio et Actis praesen Conrii Sandomirien personaliter constitutus Illustris et Admodum Reverendus Andreas Błażeiowski Ecclesiae Climontovien Praepositus Principalis omni meliori modo, in Suum verum, legitimum, ac indubitatum Procuratorem videlicet Illustrem et Admodum Reverendum Dominum Ioannem Siwert Canonicum Vislicen Praepositum in Brzostek Causarum Episcopatus Cracovien Sede vacan Fiscalem cum facultate in locum Suum cum simili vel limitata potestate Substituen constituit, elegit, ac Solenniter ordinavit. Ad Eiusdem Constituen Nomine, ac pro eo Ipso Provisionem Iuratoriam Venerabili Stanislao Rudkowski M. Ord. Clerico ad Ecclesiam Praeposituralem Climontovien coram Actis Officii Ordinarii Cracovien inscriben atq ad praestandum Iuramentum in Animam Sui Constituen iuxta obloquentiam publici edicti de Provisoribus et Provisis, nuper median Decreto Illustrissimi et Rndmi Domini Ioannis de Małachowice Małachowski Episcopi Cracovien emanat, nec non ad recipien ab eodem Venerabili Stanislao Rudkowski praefato Proviso Iuramentum, Super non deseren Ecclesia; alias pro negotii Eiusmodi exigentia dicen geren expedien ac exequen in forma Mandati Procuratorii Constitutivi plenissima. Actum Praesen Admodum Reverendis Iacobo Rogowski Parocho in Iezowa Nicolao Koszycki Vicario Ecclesiae Collegiatae Sandomirien Meq Valentino &c ut Supra.

Sexta Mensis Septembris.

Protestatio occasione Decimandi per Parochum in Ptkanow.

Coram Officio et Actis praesen Conrii Sandomirien personaliter constitutus Adm Reverendus Stanislaus Bombinski Parochus in Ptkanow Principalis Solenniter in et contra Magnificum ac Gnosum Dominum Andream Ozarowski Bonorum Podole Haeredem protestatus est Super eo, Qui alicet Ipse mediante praescripto Constitutionum Synodalium ac ex vi Possessionis antiquissimae et immediatae, de tempore ex decimationis Decimarum post villas praedictas provenien ad Ecclesiam Ptkanovien Spectan, Se Protestan teneat avisare et certificare, et non nisi extradita Decima frumenta ex campis convehere convehiq mandare, nihilominus Ipse contraveniendo dispositioni Iuris non avisato Protestan frumenta convehi fecit, et Protestan Summopere da-

damnificavit, ratione quorum præmissorum iterum atq; iterum protestatur. Salvo Jure &c. omni etc. Actum Præsen. Me Valentino Casimiro Piotrowicz Trzesnen. Parocho Ecclesiæ Collegiatæ Vicedecano Aplico et Actorum Conrii Sandomiriensis Notario.

Nona Mensis Septembris.

Protestatio contra R. Komornicki Parochum in Niekrasow per Gnosum Dembicki.

Coram Officio et Actis præsen. Conrii Sandomirien. personaliter constitutus Gnosus Nicolaus Dembicki Venator Visnen. Principalis tenens et habens Suis in manibus Protestationem infrascriptam contra Admodum Reverendum Jaxa Komornicki Parochum in Niekrasow per se conscriptam, eandem ad Acta petijt Suscipi et ingrossari quod obtinuit. Actum Præsen. Me Valentino

Casimiro

Casimiro Borowicz Parocho Przesnen Ecclesiæ Collegiatæ Vicedecano Apostolico et Actorum Consrii Sandomirien Notario Cujus Protestationis tenor talis Sequitur Coram Officio et Actis præsen Consrii Sandomirien personaliter constitutus Generosus Nicolaus de Dembica Dembicki Venator Wiznen Cracen Senatorius Possessor, Suo et Illustris ac Magnifici Theophili Ducis Sanc. in Ornej et Zaslow Lubomirscka Marschalci Regni atq; Famati ad præsens de cognomine nomineq; ignoti Oppidani Osiecen Nomine, insistendo tot anteacti Juridicis documentis, et iniuriis damnisq; ac Protestationibus quibuscis eo nomine factis in et contra Admodum Reverendum Alexandrum Juza Lomnicki Parochum in Nieborow protestatus est in eo, Quia idem Admd. Reverendus Lomnicki non attentis anterioribus iniuriis et damnis quos Prata Subditorum de villa Wola plicka hæreditaria confalcastrare nullo Juris prætextu demandaverit fanig aliquot acervos in eisdem Pratis indebitè collegerit, et ad Suam Parochiam devexerit, aliosq; Subditos tam in equis, quàm in detentione quadamvis rerum in termino Specificando aggravaverit, et opprimere non cessaverit, nunc recenter metam Spiritualis Statûs et dignitatis Sacerdotalis transgrediendo, quinimò ad majores illicitos ausus se se recenter applicavit, Oppidanum prænotatum Osiecen de Nomine et cognomine ad præsens ut præmissum est, ignotum, nullâ unquam lacessitq; iniuriâ concutere demandavit, ex concussione; nimia ac violenta, agritudinem prefati Oppidani plusquam ad dimidium anni, visquè non mortem causavit, perindequè tam antecedentibus injuriis in famo illatis, quàm et moderna concussionis damna et expensas in curationem decumben intulit, de itaquè et eiusmodi illicito progressu ac injuriis idem Generosus Protestans, tam Suo quàm et aliorum Suprascripsicatorũ nomine protestatus est, offerendo se præmissa omnia, quovis tempore et loco Jure mediante Vindicaturum.

Mercurii

Approbatio Testamenti Q. Parochi Grębovien

Coram Illustri et Admodum Reverendo Domino Andrea Brolnicki Canonico et Judice Surrogato Sandomirien personaliter comparens Admodum Reverendus Martinus Zapozenski Philosophiæ Doctor Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien Vicepræpositus Parochus Gorzycen Testamenti Admodum Reverendi olim Joannis Selczynscki Parochi Grębovien Executor, Suo et Admodum Reverendi Stanislai Bombinscki in Pleanow Parochi Coexe-

cutoris nomine, in termino hodierno ex Literis Cridae debite executi proveniente contumaciam omnium et Singulorum Sua ex adverso ius aut interesse aliquod communiter vel divisim ad infrascripta se habere putan et praetenden citatorum et non comparentium accusavit, et in eorum contumaciam Testamentum Suprascripti Testatoris Sub die decima quinta Mensis Augusti Anno curren Scriptum, et Eiusdem Testatoris manu propria Subscriptum, in omnibus et Singulis illius punctis, clausulis, articulis, nexibus, et conditionibus universis approbari, confirmari, ratificari, literas Approbationis et confirmationis, ac alia desuper necessaria, in forma Solita extradi mandari debita cum instantia postulavit. Cuius testamenti tenor Sequitur eiusmodi Anno Domini 1704. Die 15. Augusti. In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Ego indignus Presbyter mandatis Divinis obediens, gratias ago Deo Omnipotenti pro creatione, redemptione, et vocatione, et Sanctificatione, et per medium Beatissimae Mariae Virginis et omnium Sanctorum, praesertim Patroni Mei, quem in Baptismo Suscepi. Decretum mortis a Deo Omnipotenti humiliter Suscipio. In primis dispositionem Animae meae, Duszę moię Jezusowę krwią odkupioną wręce Jego Boskie oddaię. Ciało moie chcę aby leżało w Kościele Grębowskiem. Beneficium Spustoszałe Grębowskie ktorem odebrał po Nieboszczyku Xiędzu Marcinie Małeckiem Antecessorze moim, ilem mogł augere, auxi, gdziem mogł przysposabiałem gruntu Kościołowi ex meo peculio et labore meo propio na kop złoty dwanaście, są zapisy na to. Co się tchnie Inwentarza Kościelnego tegom nie zastał zregestrowanego, tom tylko zastał, Puszkę srebrną wewnątrz pozłoconą, ta należała ad infirmos, ktorą Antecessor moi uczynił za kielich, bo kielich zaprzedał gdzieś, puszka mała do chorych iest. Kielich ktory zostaie przy Kościele umnie, dałem na niego tynfow sto, od reparacyi dałem tynfow sześć, ten kielich applikuię Kościołowi; inne rzeczy ktorem sprawił według Inwentarza spisane Kościołowi leguię. Pozytyw do ktoregom się przyłożył złotych osmdziesiąt Kościołowi oddaię. Pieniędzy moich ktore mogę miec na złotych in paratis tysiąc monetą dobrą ktore kładę w tym testamencie w dispozycyią Ichmciow Panom Exekutorom, ktorych proszę przez miłosierdzie Boże, żeby się podzielili pracy ratować Duszę moię. Naprzod Imć Xiędza Stanisława Bombińskiego Brata mego ciotecznego Plebana Ptkanowskiego, Imxiędza Marcina Zapczyńskiego Plebana Gorzyckiego Podprobosczego Sendomirskiego, tychże Ichmciow iako mnie życzliwych upraszam, y inne długi ktore się znayduią osobliwie

Mianc u Jchmciow Panow Kozuchowskich talerow bitych pietnascie czerwonych
złotych trzy iest na to Kártá. Za zboże złotych siedmdziesiąt y trzy, na to iest
Kwaszek złoty wszystkiwie. Jmść Xiądz Leszczowski Kanonik Farnowski tym-
sto debet wziąłem na to od niego Żyta Korcy dziesięć, Korzec po złotych czterdy
na ten czas był. Jmść Xiądz Maciey Wodecki winien talerow bitych dziewiętnaście
wszakże wie o tym rodzony moy. Inszemałe długi Jchmść Panowie Exekutorowie
w Regestrzykach rękami swoymi podpisane znaydą moich Specyfikowane złotych
dwiesto pewnych Jchmść Panowie Exekutorowie upominać się powinni prosze Ich
wszyż pomienionych pieniędzy, gdzie corpus moie niegodne złożone będzie ni-
Kościele Grzybowskiem, do którego pro anniversario złotych sto leguie in bona mo-
neta bez nadatku, Sendomirskiey Collegiacie złotych sto, Oycom Reformatom
złotych sto, na Mszę Swiętę. Do Dzikowa do Nayswiętszey Panny złotych sto
moneta curren. Oycom Jezuitom do Sendomierza złotych sto. Do Swiętey Ma-
gdaleny złotych Szescdziesiąt in curren moneta, do Swiętego Jacuba.
złotych osmdziesiąt. Do S. Ducha złotych osmdziesiąt. Na trakt ament tak dla
Plantki iako y ubogich ile potrzeba wyniesie Jchmść Panow Exekutorow upra-
szam unizenie żeby byli Satisfacti, y prosili Pana Boga za Dusze moie Brata mo-
iego rodzonego, y Siostre moie rodzoną. Jmść Xiędzu rodzonemu memu iako Exe-
kutorowi dispozycyą oddaię Koni czworo, wołow Szesc, złotych parę dwiescie
ma oddaię iak należycie, krow osm, iałowic Szesc, krow dwie Kozioł, y Kozio-
ię oddaię tuzdziesz y dwoie cielęt. Jmść Xiądz Pleban Zakrzewski winien mi-
sowo trzydziesci, ale ponieważ Spoliatus omnibus tedy daruię. Vel Antonki kilko-
set talerow bitych dwadziescia, u Jmść Pana Michała Rozwadowskiego talerow
bitych cztery, insze długi są iawne z Kárteczek których się Jchmść Panowie Exe-
kutorowie będą upominać. Kolaska Francuska u Jmść Xiędza Leszczowskiego
Plebana Kanizowskiego. Gospodyni moiey oddaię Krowę nocule Kozowię dla
Córki, Żyta Korcy dziesięć, grochu Korzec, ręczki Korcy pięć, Jęczmienia Korcy
trzy, y woz boży y Kłacze y pierzynkę Mieszkaiącey Gospodyni. Xiędzu Wikary-
emu. Gorzyckiemu Brewiarz y Diurnalik y Kołdrę. Jmść Xiędzu Plebanowi Go-
rzyckiemu ulow przed co naylepszych dziesięć, alembik, flaszę blaszaną Pa-
nu Kucharowi Włodeckiemu, Kilim, Xiędzu Bratu rodzonemu Brewiarz wiel-
ki, Kilimy dwa czerwone, Jmść Xiędzu Plebanowi Gorzyckiemu leguie Łóż-
ko Sukienne, naczynia rożne gospodarskie oddaię dispozycyą Jchmściow

Vicery Executorow, ktoreych prosze aby pánieczali za Duszę moię dobrze czynię, dano to testament dla lepszey wiary ręką moią własną podpisuię X. Ign Tolczyn. Sz. Stephan Trebowski. Illustris et Admodum Reverendus Dominus Canonicus et Judex Surrogatus Sandomirien. Supramemoratus Viso et lecto Suprascripto testamento, illud in contumaciam omnium et singulorum Jus aliquod aut interesse ad dictum testamentum se habere putan. et pretenden. statorum vidda Literis et non comparen. in omnibus et singulis illius punctis, clausulis, articulis et conditionibus universis approbavit, confirmavit, ratificavit, robur firmitatis perpetuæ pariter et Decretum adper apposuit, Literasq; approbationis in forma Solita extradi mandavit, prout approbat, confirmat, ratificat apponit Decreti præsen. vigore ad præmissa mediante. Actum Præsente Me Valentino ut supra.

Vndecima Septembris.

Reprotestatio Perillustris Mogielnicki contra Magnificum Sjminskj.

Coram Officio et Actis præsen. Curiæ Sandomirien. personaliter constitutus Perillustris et Admodum Reverendus Jacobus Mogielnicki Camenecen. et Sandomirien. Canonicus Præpositus Wojcziechowicen. omni meliori modo in et contra famulatum Magnifici Domini Michaëlis Sjminskj Capitanei Checinen. Solenniter protestatus est, huiusmodiq; reprotestationem per se concepti ad Acta præsentis Curiæ petiit, quod obtinuit. Præsen. Me Valentino Casimiro Piotrowicz Apostolico et Actorum Curiæ Sandomirien. Notario. cuius Reprotestationis tenor sequitur. Personaliter Veniens Perillustris et Admodum Dnus Jacobus Antonius Mogielnicki Camenecen. et Sandomirien. Canonicus Præpositus Wojciechowiensis Solenniter eidem Officio, et magna cum querela quæstus et protestatus ac reprotestatus est in et contra Nobiles Martinum Wrzaszczki et Stanislaum Mostowskj Magnifici Michaëlis Sjminskj Capitanei Checinen. famulos, atque Joannem Miłoszowski Perillustris et Dnidni Stephani Lupnickiego Camenicki Cracovien. Parochi Bidzinen. inibidem famulum, idq; pro eo. Quia ipsi non attento eo, quod satis gravis afflictionis omnibus diu dum gravamen moderna grassans in hisce partibus Palatinatus Sandomirien. hostilitas intulerit, tempore cuius hostilitatis omnes, et præsertim famuli Servitio alieno annexi, quam modestissimè se se gerere debuerant, providendo quam diligentissimè Bonis Suorum Dominorum sibi commissis, illi verò rapinas ac vi-

olentias

olentias ac aggravationes, similes adinstar hostium vicinis inferre audebant; nam praedictus Mosakowski, dum modernus Protestans domi commorari ob grassationem hostilitatis non poterat, tempore certo scilicet ante duodecem hebdomadas convocatis subditis de villa Stodoły quinquaginta personas excedentibus, ipsisq inebriatis consulto pro majori ausu violentiarum ausus est, et temerè praesumpsit fundum Ecclesiasticum, et prata ad Villam Kunice Canonicatûs Sandomiriensis, cuius ab aevo nulla constat controversio; imò semper proprietas penes Villam Kunice vi et violenter vario armorum genere armati invadere, ibidemquè subditos sui Protestan et famulos circa foenum laboran concutere, convulnerare, suiq Protestan honorem intaminatt laedere, et in vitam conspirare, ac dispersis subditis et famulis foeni sui Protestan propriis plusquàm decem currus in sui commodum accipere, et ad Bona Stodoły devehere, multasq alias violentias inquisitione proban inferre ausi sunt, et temerè praesumpserunt. Nec his contenti currum unà cum duabus equabus sui Protestan proprium subditi vi et violenter acceperunt, et eisdem equabus per spatium temporis duodecem septimanarum maximos labores exercebant, cum summa et totali ruina eiusdem subditi, qui exinde nec augescere in quo potuit tempore hostilitatis, ac ex ea ratione de toto spoliatus est, nec etiam pro sustentatione sui ac liberorum moderno tempore aestivali quidquam procurare, ac devehere segetes valuit, ac exinde idem subditus vulgo Cmetho de toto et totaliter ruinato extitit. Adextremum easdem equas idem Mosakowski ad tot sui Protestan requisitiones nolens restituere, in merum contemptum Bonorum ac subditorum spiritualium Judaeo Arendatori ad laboran extradidit. Tali proinde spolio bonorum spiritualium nè infidelis Judaeus gloriaretur, postquàm modernus Protestans discenden Judaeo ad Nundinas, uti sui subditi proprias equas easdem recipere demandavit. Supramemoratus Mosakowski, unà cum Nobili Wrzaiowski se Protestan laesivâ et indebitissimâ protestatione circumscripserunt, objicien multas alias violentias, quòd nè quidem in rerum natura fuit, ideo modernus Protestans iterum atq iterum reprotestatur, etiam et contra Nobilem Mikołowski, qui loco facien iustitiae, de subdito qui sibi Protestan bovem et quinq oves furto abstulit, uti ex publica constat fama, et antea segetes ex horreo furto abstulerat; cui uti inpossessionato subdito et

Vagabundæ Personæ accepta est vacca ad decisionem Causæ, ne fugam daret, prout ante a consuevit, prædictus verò Nobilis Mikolawski, arestum suscipere noluit, imò se Protestan. læsiva protestatione circumscripsit, ratione cuius modernus Protestans iterum atq; iterum protestatur, et reprotestatur. Salva Eiusdem Protestationis augen. minuen. pleno in robore reservata facultate.

Sub Eodem Actu.

Protestatio Parochi in Wiezownica contra Incolas, inibidem, ratione Contributionum et aliarum violentiarum.

Coram Officio et Actis præsen. Conrii Sandomirien. personaliter constitutus Illustris et Adm. Reuerendus Ioannes Kalisz Canonicus Sandomirien. Curatus Wiezownicen. Principalis omni meliori modo, in et contra laboriosos Valentinum Kos Advocatum Laurentium Krawczyk, Stanislaum Drost, Martinum Janczyk, Paulum Kos, Adalbertum Olbrazek, et alios Villæ Wiezownica Incolas, præmissa manifestatione contra Officium Castren. Sandomiriense, quod requisitum eiusmodi protestationem suscipere noluit, protestatus est de et super eo. Quia iidem Incolæ, non contenti eô, quod agros et fundos Ecclesiasticos dotales, vi et violenter occupaverint, et auulsos pessima fide detineant, ex eisdem fructus per se tollant, sed insuper immemores pœnarum ratione infrascriptorum Sancitarum, contra Iura Canonica et Privilegia Serenissimorum Regum Poloniæ, et contra compositionem inter Admodum Reverendum olim Ioannem Chrzanowski et Subditos Wiezownicen. Subdie octavo Mensis Octobris Anni 1671. in præsentia Illustris et Admodum Reverendi Andreæ Pegowski Canonici Chelmensis Scholastici Sandomirien. et Pauli Zlomanski Apostolici et Venerabilis Capituli Sandomirien. Notarii, Parochi Michocinen. Authoritate Ordinaria deputatorum Commissariorum factam, Contributiones publicas Regni Laneales, Stationes, aliasquè dationes et militum transeuntium sustentationes, ac alias illicitas aggravationes contra immunitatem Ecclesiasticam suis Subditis, videlicet ad Ecclesiam Wiezownicen. Spectantibus imponunt, exigunt, extorquent, ad præsens depauperatis, quorum gazæ per hostilitatem sunt conflagratæ, militares executiones immittunt, in grave sui Protestan. Subditorumq; suorum præiudicium et intolerabile gravamen, ratione

one quorum præmissorum iterum atq; iterum protestatur, offerens se tempo-
re et loco opportunis Iure actuum. Salvoq; Actum Præsen. Me Valentino Casimi-
ro Piotrowicz Parocho Trzesnen. Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien. Vicedecano
Apostolico et Actorum Conrii inibidem Notario.

Decima tertia Septembris.

Constituit Procuratores Perillustris Roscicki Archidiaconus Sandomirien.

Coram Officio et Actis præsen. Conrii Sandomirien. personaliter constitutus
Perillustris et Admodum Reverendus Raphaël Roscicki I. V. D. Prothonota-
rius Aplicus Archidiaconus Sandomirien. Præpositus Kielcen. Principalis
omni meliori modo, in suos veros legitimos ac indubitatos Procuratores Vi-
delicet Excellentem Dominum Albertum Krzyżanski I. V. L. Cancellariæ E-
piscopatus Cracovien. Sede vacan. Regen. Nobilem Kornecki, absen. tanquam
præsen. ambos et quemlibet eorum, in solidum cum solitis ratihabitionis relevationis
què clausulis, et facultate unum vel plures Mandatarium vel Mandatarios in
locum suum cum simili vel limitata potestate substituen. fecit, constituit, elegit
ac solenniter ordinavit. Ad eiusdem Perillustris Constituen. Nomine, ac pro
eo ipso, in omnibus causis, signanter in causa ratione stabuli in Area Archidi-
aconali extructi cum Perillustri et Admodum Reverendo Martino Cichanowicz
I. V. D. Ecclesiarum Cathedralis Vratislavien. Collegiatæ Insignis Sandomirien.
Canonico, coram Iudicio Illustrissimi et Reverendissimi Domini Administra-
toris mott. ac verten. comparendum, agen. omnes terminos processus Iudiciarii
Ordinarij observan. Iuramentum calumniæ exigen. præstan. Decreta definiti-
va in favorem sui Constituen. ferri petendum, a Contrariis ad quem de Iure
appellan. aliàs in forma Mandati Procuratorii Constitutivi plenissima et
perfectissima. Actum Præsen. Me Valentino qui supra.

Decima Nona Septembris.

Protestatio Gnosi Grabkowski contra Perillustrem Kuczkowski.

Coram Officio et Actis præsen. Consistorii Sandomirien. personaliter

constitutus Gnosus Michael de Grabki Grabkowski Bonorum ad Parochiam Zgniovien pertinen Possessor, Suo et Gnosae Evae de Zelechow Consortis Suae legitimae nomine, pro cuius ratihabitione cavet, praecaven cuivis indemnitati Suae Solennem in et contra Perillustrem et Admodum Reverendum Stanislaum Kuczkowski Camenecen Canonicum, Praeptum Czyzovien Parochum Zgniovien fecit Manifestationem cum Protestatione idq in eo Quia Ipse contra omnes Iuris Canonici praescriptiones proceden dispositionesq Iustitiae, neminem in quopiam injuriare permitten licetsi obligaverit et obstrinxerit se contractu certo, inter se Protestan ab una, et eundem Protestatum parte ab altera, ratione tenutae Bonorum ad praefatam Parochiam Spectan confecto, et conscripto, vadioq Summae in Arendam datae firmato Protestan modernum nequaquam praepeditum, Possessionemq Sibi ullateng usurpaturum; imò ab omni praepeditione quatumcunq Personarum, ex occasione bonorum eorundem exorium evictum, in pacificaq possessione usq ad realem Protestan Satisfactionem conservatum. Nihilominus contravenien eidem Supraseri contractui, vadioq in eodem contractu apposito, non formidan ad extremum Decretum Conriale Sub die

quô mediante quatenus Commissio a partibus utriusq Secum litigan captato opportuno tempore expediatur, amiciq a Partibus utriusq locentur, latae temeratiè Sciens lite pendente nihil esse innovan; non Solum Amicos ex parte sua ad deciden easdem praetensiones ex Possessione Bonorum emergentes in tempore praefixo locare neglexit, verum Amicos Suos ad amicos Protestan pro illo tempore prae hostilitate Svetica Sub Oppido Cmielow circa praesentiam Generalis Reyszeld in Palatinatu Districtuq praesen maximòpere grassante condescendere non valentes, rationemq turbulenti temporis exponen in aliud tempus convocare recusavit. Ad extremum Protestan modò primum ab incursione praefata Secutum, nihilq mali Sibi a quopiam eveniri Speran, unà cum Reverendo Alberto Kędziorski Commendatio Suo Czyzovien ultrò Sibi ad infrascripta adscito, in bonis memoratis invadere, eundemq Protestan expellere, Consortem Protestan concutere, et converberare, eosdem Coniuges utrosq verbis inhonestissimis laedere, Segetes extriturare, neq easdem pro inseminandis Agris Protestan permittere, aliasq violentias, praeiudicia et damna in termino Specifican inferre ausus est ac praesumpsit. Per quod contra Legum publicatum

praescriptum

praescriptae Justitiaeq; et aequitatis nexum processit, poenas ratione non Servatae bonae fidei, et Vadium in Contractu appositum Succubuit, Contractui et Decreto praefatae contravenit, rigorem Ipsorum in Se traxit. Quapropter idem Manifestans contra eundem intuitu praemissorum omnium et Singulorum Solenniter manifestatur et protestatur, offerendo Se praemissa omnia Juris medijs ex bonis praefatis et Persona eius pro Secutorum, Salva Eiusdem Protestationis Suae augen. corrigen. ac in alia Si opus fuerit forma ponendi pleno in robore reservata facultate. Quam Protestationem per Se conscriptam Actis praesen. porrexit inserendam, quod prout de Jure obtinuit. Actum Praesen. Me Valentino Casimiro Piotrowicz Parocho Trzesnen. Ecclesiae Collegiatae Sandomiriensis Vicedecano, Apostolico et Actorum Conrii inibidem Notario.

Vigesima prima Septembris. 1704.

Protestatio Illustris Zuchowski contra Collegium Soc. Jesu Sandomiriense.

Coram Officio et Actis praesen. Conrii Sandomirien. personaliter constitutus Illustris et Adm. Rndus Stephanus Zuchowski J. V. D. Canonicus et Parochus Sandomirien. Principalis omnibus melioribus modis contra Rndum Patrem Rectorem, totumq; Collegium Soc. Jesu Sandomirien. protestatus est Solenniter. Quia licet Ipsi ex instituto Suo praedicationi Evangelii Divini taliter vacare debeant, ut Verbum Dei per hoc ministerium non vituperetur, Sitq; etiam Sacris Canonibus et Constitutionibus Synodalibus expresse Sancitum, quatenus dicen. acerbitas ne detur occasio litigandi, vitetur, Nihilominus praedictus Pater Rector exposuit Patrem quendam Jachymowski pro Concione in Festo Tutelari Ecclesiae Suae Parochialis Sandomirien. videlicet Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, qui in magna imo confertissima populi, tam ex Civitate hac Sandomirien. quam ex vicinia pro Indulgentia hac die Româ per Se Protestan. noviter reportata capessenda, atq; ad audienda Divina uti in Ecclesia Parochiali congregati frequentia, nullâ habitâ Sanctissimi Sacramenti protunc in Altari majori expositi reverentiâ, ausus est multa quidem toti Clero cum ignominia vitia exprobrare, dicendo: quod a quibusdam Presbyteris etiam ad altare tantus fator Cremati vmulsi halat ex ore, ac Si quis ex dolio ozop wyrwał, quibusdam paruuli illorum Bemianini circa Altare cursitant, tum converso ad Se Protestan. aliquoties

Sermone, et gestis directis, itidem varia sibi sub allegoriis quidem sed explicite notis, praesertim de sua Romam peracta nuper peregrinatione, ac ranarum testudinum, et aliorum inibidem reptilium falsa comestione, et alia his similia objicere. Insuper ad finem Concionis itidem in contemptum summum sui Protestan. pro Officio suo Pastorali in festo Tutelari suae Ecclesiae magnum Sacrum celebrantis, ac pro Concione medij inter ministros Dalmaticis vestitos ex opposito Eiusdem Patris Concionan. Seden. in evidens praejudicium Iurium Parochialium, quae sub tali praetextu, ac si extincti Parochi tituli convellere Patres nulliter conantur. Idem Pater concionans quasi ad Ironiam etiam Sanctorum Tutelarium graviter praesumpsit in tono vehementi Patrem Rectorem Collegii esse huius Ecclesiae Parochum, se verò Protestan. non nisi vicarium perpetuum asserere, idq; his verbis exprimendo: Gratias Tibi ago Sancte Petre nomine totius Collegii Soc. Iesu Nostri, quòd Nos susceperis in Tuam protectionem, et in hac Ecclesia constituetis Superiores. Gratias ago Summis Pontificibus Episcopis, qui Nostra circa hanc Ecclesiam Privilegia approbârunt. Gratias et Tibi ago Illustris olim Cichocki ultime Plebane huius Parochiae, quod extinxi sit titulum Parochi, ita ut amplius nullus alius vocari debeat praeter Patrem Rectorem Parochus, sed solùm vicarius perpetuus: ita ut vocabatur Illustris olim Czerniakowski, Uminski & Antecessores. Ad quae verba statim in populo motus et aversio facti, graveq; scandalum inde ortum, proinde ratione tam contemptûs publici, quam sui laesi Iuris, iterum atq; iterum manifestatur, hancq; protestationem suam Actis praesen. inseri et ingrossari per se conscriptam petijt, quod in quantum de Iure obtinuit. Praesente Me Valentino Put Supra.

Decima Septima Octobris.

Illustris Dembicki contra Rndum Koszycki occasione Solutionis Decimae Fundi Kobierniki.

Coram Illustri et Adm Reverendo Domino Andrea Brolnicki Canonico et Iudice Surrogato Sandomirien. ac in Eius publica Causarum audientia personaliter comparens Reverendus Iacobus Orzechowski Communitatis Reverendorum Psalteristarum Ecclesiae Collegiatae Sandomirien. Senior

Illustris

Illustris et Adm Reverendi Sebastiani de Dembica Dembicki Canonici San: domirien Principalis Actoris inscriptus Procurator prout plenè docuit de Manda to Procura in termino hodierno ex citatione literali debitè executa provenien contra citatum infrascriptum verbo proposuit. Quia Ipse Summam trecentorum florenorum Polonicalium pro empta Decima manipuladi omnis grani et Seminis ad Canonicatum Fundi Zobiernicka Anni 1703. Spectan mediante Sua Submissione in Scriptis data Solvi debitam et assecuratam multoties requisitus Solvere noluit et recusat. Ipsum igitur ad Solutionem eiusmodi Summa Juris remedijs Stringi debita cum instantia postulavit et in continenti Submissionem citati produxit. Presente Reverendo Alberto Loszycki Ecclesiæ Collegiatæ Sandomirien Vicario citato ex adverso Principali se Summam praedictam debere agnoscen et eandem se Soluturum felicioribus temporibus Submitten. Et Illustris ac Adm Reverendus Dominus Canonicus et Judex Surrogatus Sandomirien Supramemoratus Submissionem citati de Solven trecentis florenis pro empta Decima fundi Zobiernicka iudicialiter factam approbavit et eidem Standum esse dictamq Summam profesto Sancti Andreæ Apostoli in Anno Curren proximè venturo per citatum Solven esse decrevit et injunxit, ad quem effectum Literas Executoriales cum Spatio trium dierum in eventu contraventionis extradi mandavit. Actum Prasen Me Valentino ut supra.

Vigesima Nona Octobris.

Incola villæ Wola Rissa contra Parochum in Actu Erasom.

Coram Illustri et Adm. Reverendo Domino Andrea Brolnicki Canonico et Judice Surrogato Sandomirien ac in Rius publica causarum audientia personaliter comparen Sabonis Stephanus Tarnowski Simon Pacek Incolæ de villa Wola Rissa, Suis totiusq communitatis Incolarum Eiusdem villæ Nominibus in assistentia Procu. Nicolai Dembicki Bonorum Clavis Citeren tenutarii Principales Actores in termino hodierno ex Monitorio simplici proveniens contra citatum infrascriptum verbo proposuerunt. Quia Ipse non veritus privationis inscriptorum Sanctiones certa Prata Actorum propria Sibi usurpare et eadem in usum Suum violenter adimere et desalcatra dari mandare impedientes Actores verbis verberibusq afficere et alia gravamina ubi de Jure Specifican inferre ausus est ac præsumpsit. Ipsum igitur ob præmissum ausum puniri

et ad restitutionem fœni ex iisdem pratis collecti Iure median Stringi, ac in litis expensis condemnari, debita cum Instantia postulaverunt. Præsente Admodum Reverendo Jaxa Alexandro Komornicki Parocho in Niekrasow Citato ex adverso Principali, imò Sibi violentias ab Actoribus esse illatas, et ratione earundem iam Actionem ad Officium Seculare intentasse iisdem allegan et Relationi Executæ Citationis in Castro Cracovien feria quinta post Festum S. Francisci Anno recognitt, in forma proban producen, proinde eandem causam uti iam præventam ad Iudicium Seculare remitti peten Et Illustris ac Admodum Rndus Dominus Canonicus et Iudex Surrogatus Sandomirien Supramemoratus Causam præsen ratione violentiarum exinde commissarum, uti in foro Seculari præventam ad idem Iudicium Seculare remittendam esse censuit, prout remisit. Actum Præsen Me Valentino Casimiro Piotrowicz Parocho Trzesnen Ecclesiæ Collegiatæ vicedecano, Apostolico et Actorum Conrii Sandomirien Notario.

Die Sabbathi octaua Novembris.

Ingrossatio Decreti inter Adm Reverendum Parochum in Lukawa, et Tenutarium Eiusdem occaone Agrorum, et aliarum prætensionum, in favorem Eccleæ Lukavien per Commissarios lati.

Coram Officio et Actis præsen Conrii Sandomirien personaliter constitutus Admodum Reverendus Matthias Stopinski Parochus Lukavien Principalis tenens et habens Suis in manibus Decretum infrascriptum in Causa inter Generosum Ioannem Franciscum Skinderowicz Bonorum Villæ Lukawa tenutarium Actorem, ex una, et Admodum Reverendum Suprascriptum Officium occasione prætensionum Actori quasi illatarum, ratione verò injuriarum Sibi Suæq Ecclesiæ per Actorem inflictæ reconvenien per Illustres et Adm Reverendos Dominos Commissarios ad id Specialiter Authoritate Ordinaria delegatos in villa Lukawa Sub die quinta Mensis et Anni Curren latt, una cum Plenipotentia Reverendissimi Abbatis Wąchocen, illud ad omnem meliorem finem et effectum, Actis præsen inseri et ingrossari postulavit, quod prout

de Iure

de Jure obtinuit. Præsen Me Valentino Casimiro Piotrowicz Parocho Trzesnen Ecclesiæ Collegiatæ Vicedecano Aplico et Actorum Consistorii Sandomiriensis Notario. Cuius Decreti tenor de verbo ad Verbum Sequitur eiusmodi. Nos infra Scripti Commissarii ab Illmo et Rndmo Domino Casimiro a Lubna Lubienski Dei et Apostolicæ Sedis Gratia Episcopo Heraclien Suffraganeo Canonico et Sede Vacan Episcopatûs Cracovien ac Ducatûs Sevezien Generali Administratore, ad infrascripta Specialiter delegati, Vigore Commissionis cum facultate omnimoda decidien et complanan in Causa et Actione, inter Gnosum Joannem Franciscum Skinderowicz Bonorum Villæ Lukawa ad Abbatiam Wąchocen Spectan Tenutarium Actorem ex una, et Admodum Reverendum Matthiam Stopinski in eadem Lukawa Parochum, occasione certorum Articulorum Super injuriis realibus et Personalibus Actori quasi illatæ Citatum, et ratione injuriarum Sibi Suæq Ecclesiæ Parochiali Lukavien inflictæ reconvenien partibus ab altera ex Cancellaria Officii Administratorialis Cracovien, de data Cracoviæ die Veneris Secunda Mensis Mai Anno Curren emanatæ, attento præfatarum Partium, et quidem Gnosi Joannis Skinderowicz dictorum Bonorum Lukawa Arendatorii Possessoris Actoris, et ad Causam infrascriptæ Illmi et Reverendissimi Domini Joannis Gomolenski Episcopi Kiiovien Abbatis Wąchocensis Plenipotentiarii Speciali mandato, Sub die vigesima Secunda Mensis Novembris Anno 1703tio confecto, manu propriâ eiusdem Reverendissimi Abbatis et Sigillo communitæ, prout plenè deduxit; deputati, et memorati Admodum Reverendi Matthiæ Stopinski Parochi Lukavien consensu, et instantiâ Super inferius insertis punctis Complanationem et compositionem inter easdem Partes facien esse duximus. Et nihilominus Processum Eiusdem Causæ in Judicio Administratoriali formatum, in Suis terminis penden prosequendo, repropositione Articulati libelli Partis Actoreæ, Citatæ verò responsionibus et reconventione exauditis, et bene perpensis, utramq Partem ad proban Intentiones Suas admisimus. Producta Jura videlicet Librum Beneficiorum, Decreta Visitationum primum de Anno 1663tio, Secundum de Anno 1689 latæ, Depositiones Testium Juratorum ex Actis Conrii Sandomirien ad perpetuam rei memoriam Sub Anno 1661mo examinatæ, et processum contumacialem ratione tabernæ, in Judicio Conriali Sandomirien per Antecessorem Reverendi Citati obtentum, et alia documenta Literatoria Veritatem Causarum eiusmodi comproban Suscepimus, revidimus, ventilavimus, Testes Juratos per utramq Partem inductæ,

iuxta Interrogatoria ab utrinq̃ porrecta examinavimus, peractô examine ad re-
visionem fundorum et agrorum controversorum instan. utraquè Parte conde-
scendimus, et visis ac lectis Juribus et documentis iudicialiter productis, Depos-
onibus Testium Juratorum maturè discussis, ac ex re oculis Subjecta tale arbitra-
mentum inter memoratas Partes constituimus, et quatenus Gnõsus Dominus Skin-
derowicz, uti nomine Reverendissimi Abbatis Actor et Mandatarius, Villaeq̃ pra-
dictae Lukawa Arendatorius Possessor, et quivis alii Possessores, eorundem Bo-
norum Administratores liberam propinationem liquorum variorum iuxta Ju-
ra Ecclesiae et antiquum ac immediatum usum, sive per se sive per Subordinatas
Personas Reverendo Parocho nunc et pro tempore existen. nunquam audeat,
et respectivè audeant impedire, et eundem molestare; atq̃ Pratum agris Praedial-
bus contiguum, in cuius possessione Parochi et modernus Reconveniens exta-
bant, per se ademptum et coaratum, ab altera parte viae in villam Ocinek ren-
den. Sitt. Ecclesiae Lukavien. restituat, et in instanti idem Pratum aratro exdiue-
di faciat, et procuret, usum fructuum ex eodem prato duobus Annis perceptum
idem Gnõsus Skinderowicz compenset, adinvenimus, et tam liberam propina-
onem, quàm pratum ademptum Reverendo Parocho in Lukawa eiusq̃ Eccle-
siae adiudicavimus. Contributiones ex Hortulania in fundo Dotali Ecclesiae Lu-
kavien. locata, prout patet ex Tarypha Districtûs Sandomirien. Incolas eiusdem
Villae Lukawa nulliter a Parocho praetendere declaravimus. Proinde ab iisdem
et quibusvis aliis exactionibus Parochum et Subditos eius immunes esse pronun-
tiavimus, et pro duobus Bovibus exercitui Svetico in Litrum ratione totius
Villae Lukawa ad requisitionem antedicti Generosi Domini Skinderowicz datae
Summam quinquaginta tynphonum intra Spatium unius Septimanae, eidem Re-
verendo Parocho Solvendam decrevimus; quo verò attinet alienationem quinq̃
Stadiorum Agri trans Sylvam Parochi iacentium, et eidem Sylvae contiguorum
ac se se ad viam publicam, quae ducit Sandomiriam protrahen. per Subditos Lu-
kavien. prout ex Juribus et re oculis Subjecta apparet occupatorum, et aliorum
Agrorum ad tabernam Ecclesiae Lukavien. dotalem Spectan. ademptionem, viam
agendi cum quo, et ubi de Jure Admodum Reverendo Parocho reservavi-
mus, ac praetensiones tam reales quàm Personales inter easdem Partes quomo-
docunq̃ exortas extinguendo, et processum in quocunq̃ Officio et Judicio abu-

trinq̃

tringq obtentæ cassando, Submissionem Gnosi Domini Joannis Skinderowicz
qua median in vim recompensæ Ecclesiæ Pixidem argenteam intus et ab extra
deauratam comparatum, et Ciborium eidem pixidi proportionatum opere Sculpti-
li in eadem Ecclesia Zukavien atq Campanile ligneum ab Ecclesia distinctum,
suis propriis Sumptibus et opera exstructum, ac sine mora exstrui curatum se
obligavit, Sponte factam acceptavimus et approbavimus, et intuitu eiusdem Sub-
missionis Reverendo Matthiæ Stopinski in Zukawa Parocho quietationem
de et Super Processu in foro utroq contra Gnosum Skinderowicz formato, ac de
Decretis et condemnationibus in Officio Castren Sandomizien obtentæ, tam in eo-
dem Officio Castren quàm Conriali Sandomizien recognoscendam iniunximus,
et eundem Reverendum Parochum ab objectis, Super quibus est processatus
immunem pronuntiavimus, præsentemq Nostram Complanationem modo præ-
misso tam ex Juribus, Inquisitionibus, et ex re oculis Subjecta, quàm ex mutu-
o partium consensu factam, pœna centum Imperialium et reassumptione Pro-
cessus contra quemcunq contravenien per Judicium Spirituale irremissibili-
ter decernen vallavimus et firmavimus, prout adinvenimus, adiudicamus, decla-
ramus, pronuntiamus, acceptamus, approbamus et firmamus, et manibus Nostris
Subscribimus. Datum in Villa Zukawa die Mercurii quinta Mensis Novem-
bris Anno Domini 1704to Præsen Me Valentino Casimiro Piotrowicz Pa-
rocho Trzesnen Actorum Conrii Sandomizien Aplico et actûs præsentis
Notario. Stanislaus Kuczkowski Canonicus Camenecen Præpositus Czyzovi-
en Plebanus Zoniovien Commissarius Deputatus. Stephanus Zuchowski
J. V. D. Canonicus et Parochus Sandomizien Commissarius mpp. Thomas Jose-
phus Chabielski Canonicus et Concionator Opatovien Commissarius mppria.
Andreas Blazeiowski Præpositus Climontovien Parochus Sancti Pauli
Sandomirien Commissarius mpp. Locus x Sigillorum. Plenipotentiæ de qua
Superius fit mentio tle verbo ad verbum tenor Sequitur. Jan Paweł Gomo-
lenski Biskup Kiiowski Opat Wąchocki Jarosławski y Jaworowski
Proboscz. Poniewasz sine ullo Jure Xiądz Pleban Zukawski Szynk sobie
cum gravi Intratij moiey præiudicio instituere zaczął, daię tę moię Pleni-
potencyę Imci Panu Franciszkowi Skinderowiczowi, aby omnibus qui-
busvis medijs tych Szynkow przeszkadzał, y indemnitati Prowentu Mego
etiam viâ Juris obsistat, niepozwalaiąc żadnego czynic w tey okazyi præ-

iudicium ani rąbánia w lassách moich dozwalał. Dabantur w Jaworowie dwudziestego wtorego Miesiąca Listopada Roku Pańskiego 1703ciego Jgn Gumolenski Biskup Kiiowski Locus X Sigilli. P.S. a quod praecipuum wyżey wtey Plenipotencyi niedołożyłem, że Xiądz Plebąn Łukawski Grunta Sobie Dworskie nullo Iure przywłaszcza, chłopow moich Kaliczy y roznemi opprimuie Sposobámi, przydáie in paragrapho teyże Plenipotencyi, áby Jm P. Skinderowicz oto znim via Iuris in omni foro agat.

Sub Eodem Actu.

Obligatio Generosi Skinderowicz.

Coram Officio Actisq praesen Conrii Sandomizien personaliter constitutus Gnosus Dominus Joannes Skinderowicz Bonorum Villae Łukawa Tenutarius Principalis inhaerendo Submissioni Suae coram Illustribus Dominis Commissarijs, post prolationem Sententiae in Causa inter Se Supra Scriptum recognoscen ex una, et Admodum Reverendum Parochum Łukaviensem occasione praetensionum ab utrinq habitarum, et Signanter Ecclesiae Łukavien illatarum, in Villa Łukawa factae Se Suosq Successores Pixidem argenteam, et Cibozium Eidem proportionatum in Ecclesia Parochiali Łukavien Sculptili opere comparatum, atq Campanile ad eandem Ecclesiam exstructum, Sententiaeq Supradescriptae die Mercurii quinta Novembris Anno Curren latae Satisfacturum in toto obligavit, ac obligat praesen manus Suae Subscriptione. J. Fr. Skinderowicz. Actum Praesen Me Valentino Casimiro Piotrowicz Trzesnen Parocho Aplico et Actorum Conrii Sandomizien Notario.

Decima tertia Nouembris.

Manifestatio contra Gnosum Grabkowski occasione triturationis Decimae in Suliszow.

